





1702 9 10
~~1704~~

DISSERTATIO IVRIS GERMANICI
DE
RELIQUIIS
COMMVNIONIS BONORVM
INTER CONIVGES BRVNSVICENSES

QVAM
PRAESIDE
CAR. FRIDERICO WALCHIO

I. V. D. AC PANDECT. PROF. PVBL. ORDINAR. SERENISS. DVC. GO-
THAN. ET ALTENBURG. CONSILIAR. AVLIC. CVR. PROV. SAXON.
COMMVN. SCABINOR. COLLEGII AC IVRE-CONS. ORDIN. ADSESS. SO-
CIETAT. LAT. IENENS. EPHORO ALIARVMQVE SOCIETATVM
LITTERARIAR. COLLEGA

D. VIII. NOVEMBR. MDCCCXXII.
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISIONI
SVBMITTIT

AVCTOR
FRIDERICVS AVGVSTVS ROSENTHAL
BRVNSVICO-BLANCKENBURGENSIS
I. C. ET SOC. LAT. IENENS. MEMBR. ORD.

IENAE
LITTERIS STRAVSSIANIS.



DISSERTATIO HENS GERMANICI

RELIQVIA
COMMUNIONIS BONORVM
INTRA CONVIVIA PRYVILEGIATA

AVCTORE
CAR. FRID. WILHELMO

IN ACADEMIA PAVLOVA
P. M. D. C. C. C. C. C.

IN ACADEMIA PAVLOVA
P. M. D. C. C. C. C.

FRIDERICVS AVGVSTVS ROSENTHAL
P. M. D. C. C. C. C.

LEIPZIG
LITTEBIS STRASSIANS



A SON EXCELLENCE
MONSIEUR LE BARON
DE SCHLIESTEDT,

MINISTRE D'ETAT ACTUEL, CONSEILLER PRIVE'
ET PRESIDENT DE LA CHAMBRE DE S. A. SERME.
MSGR. LE DUC REGNANT DE BROUNSVIC ET DE
LUNEBOURG, ECHANSON HEREDITAIRE DE LA
PATRIE DU DUCHE' DE BROUNSVIC - WOLFFEN-
BUTTEL, DOYEN DU CHAPITRE ST. CYRIAC,
SEIGNEUR HEREDITAIRE DE SCHLIESTEDT, KU-
BELINGEN, HAUSS-NEUNDORFF, ET CHEVALIER
DE L'ORDRE DE DANEBROG DE SA MAJESTE' LE
ROI DE DANEMARC cet.

A SON EXCELLENCE
MONSIEUR LE BARON
DE SCHLIEFSTEDT,
MINISTRE D'ETAT ACTUEL, CONSEILLER PRIVÉ,
ET PRÉSIDENT DE LA CHAMBRE DE S. A. SERENISSIME
MORSE, LE DUC RÉGENT DE L'ÉLECTORAT ET DE
L'EMPIRE, ÉCHANOIN HÉRÉDITAIRE EN LA
CITÉ DE DRESDEN, DE L'ÉLECTORAT-SAXON,
DEUTZ, DOYEN DU CHAÎRE ET CATHÉDRALE,
PRÉVÔTE HÉRÉDITAIRE DE SCHLIEFSTEDT, KN
HELMICH, HANS-LEONHARD, ET CHEVALIER
DE L'ORDRE DE DANEROG DE SA MAJESTÉ LE
ROI DE DANEMARCK ETC.

MONSIEUR,



Enhardi, MONSIEUR, par la grace
singuliere dont VOTRE EXCEL-
LENCE a accoutumé de rece-
voir tous ceux, qui se sont reellement de-
voué au service de la patrie, j'ose LUI pre-
senter cette petite piece comme les pre-
mices de mes années academiques. J' a-
voue, MONSIEUR, que j'ai choisi une ma-
tiere, qui demandoit peutêtre un tout
autre, pour porter le flambeau au milieu
des obscurités, qui regnent dans les do-
ctrines de mon theme; mais je compte
sur le mot du Comedien, que dans les cho-
ses grandes et belles il suffit, d'avoir en-
trepris. C'est cette esperance, qui me

fou-

soutient, c'est elle, qui me flatte, que VOTRE
EXCELLENCE ne voudra pas me refu-
ser SA puissante protection que je LUI de-
mande très-humblement, pour encou-
rager ma timide jeunesse, persuadée, que
je ferai tous mes efforts, pour servir ma
patrie avec la meme ardeur, de laquel-
le je brulai pour acquerir les connoissances
nécessaires de m'y préparer. Je fais les
voeux les plus ardens et les plus sinceres
pour la conservation de VOTRE PERSONNE
également chere et imporrante pour notre
patrie étant du plus profond respect,

MONSIEUR,
DE VOTRE EXCELLENCE

à Iene le 9. Nov. 1772.

le plus humble le plus obéissant et le plus
respectueux serviteur
FREDERIC AVGVSTE ROSENTHAL




MEMBRVM PRIMVM

DE
COMMVNIONE BONORVM INTER
CONIVGES BRVNSVICENSES QVONDAM
VSITATA.

§. I.

Ratio instituti.

 CVM iurium introductione peregrinorum
multa iura patria esse abrogata, ne tironem
quidem in iurisprudencia fugit. Huc refero
quoque certo modo illam in tota fere Ger-
mania olim vsitatam communionem bono-
rum coniugalem, cuius partim in his illisue
prouinciis adhuc iura integra persant, partim in aliis quae-
dam reliquiae supersunt. MONTESQVIEVS *) et HEVMAN-
NVS **) iam vtilitatem, quam communio bonorum habet,
A biv

vbi ea viget, probarunt; ideoque iure meritoque IO. CATSIVS **) valde conqueritur de multis eius limitationibus, quas recentiori passa est tempestate. Nimum quum diuagarer, si eas regiones nominare vellem, in quibus adhuc viget, ac leges describere, quae ipsius conseruationi inferuiunt; ad eas solum animum aduertam, quae reliquias nobis saltim vinculi huius, inter coniuges quondam existentis, praebent, hancque in rem potissimum ad dulcissimam patriam oculos coniciam. Conseruauit illas in ea ipse princeps Serenissimus, qui iam terris Guelfherbytanis diuinitus datus est, CAROLVS, pater patriae indulgentissimus, lege sapientissima **), quae omnem attentionem meretur. Digna haec est, quam curatius expendam; ideoque etiam ita eam considerabo, vt monstrem, communionem hanc quondam in prouinciis felicissimo EIVS imperio subiectis, visitatam fuisse, et quaenam eius sint reliquiae, disquiram.

*) Vir magnae, famae in libro eleganter scripto, quem inscripsit: *L'esprit des Loix, lib. VII. cap. XV. p. 86.* siue vti conuertit S. R. ERNESTIVS, *de causis legum.*

**) *Geist der Gesetze der Teutschen, cap. XVI. §. VI. p. 217.*

*) *P. II. embl. 22.*

**) *lata d. XXX. Dec. CIOCCCLIV.*

§. II.

Definitio et diuisio communionis bonorum.

Communionis bonorum coniugalibus natura a Ictis doctissimis ita quidem iam est pertractata, vt acta agerem, si illam hacce occasione fusius esse explicaturus. Lectores hanc in rem ablego ad HENR. BROCKES *), BALTH. DIEDE- RICH **), DIETR. HERM. KEMMERICHVM **), IO. RVD. ENGAVIVM **), atque in primis ad HENR. ARNOLD. LANGIVM *). Pauca tamen praemittere me oportet, priusquam ad

ad ipsum, quod mihi proposui, dicendi argumentum me conuertero. *Communio bonorum coniugalis* in genere est condominium utriusque coniugi in bona alterius coniugis competens: *condominium* hoc loco autem nil aliud denotat, nisi dominium eiusdem rei quod plures pro indiuiso habent. Ex hacce communionis bonorum definitione, quae sequuntur, duco corollaria: I) C. B. C. supponit matrimonium rite et legitime initum, ut infra pluribus monstrabo. II) Uterque coniugum condominium in alterius coniugis bona habere debet. Qui autem alteri condominium in bona sua concedere vult, III) de rebus suis ipse in tantum libere disponere posse debet, in quantum alteri condominium vult concedere. Triplici autem modo hancce communionem bonorum considerare possumus: 1) ratione obiecti. Aut enim omnia bona utriusque coniugis sunt in communione, aut quaedam tantum. Priori in casu adest C. B. *uniuersalis*; in secundo autem *particularis*, et in hoc bona vel determinata sunt, vel ea bona sunt communia, quae pendente matrimonio, utriusque coniugis industria, ex omnibus bonis acquiruntur. Priori in casu communionem habemus *fortis*, in secundo autem *adquaeustus*. 2) Ratione causae efficientis, C. B. est vel *conventionalis*; vel *legalis*; et haec iterum, vel *legalis in specie*, vel *consuetudinaria*. Ex ipsis verbis iam patet, quatenam sub iis sint intelligenda. 3) Ratione formae, est vel *regularis*; vel *irregularis*; et regularis iterum, vel *conditionata*; vel *pura*. Quibus praemissis, videre licet, quare uniuersalem C. B. in iis solum bonis possimus inire, de quibus liberam habemus facultatem disponendi, et cur eam ad feuda ordinaria fideique comissa non liceat extendere.

*) de bonorum coniuges inter *Hamburgenses* communionem, Ienae c. 13. 1300XLVIII.

**) *discurs. acad. de eo, quod circa commun. bonor. domini translationem inter coniuges Bambergenses*, c. 13. 1300CLVIII.



*) de bonor. commun. inter coniuges Memmingenf. Ienae MDCCCXXXVIII.

**) de commun. bonor. inter coniuges Memmingenses, Ienae MDCCCLII.

*) in der RechtsLehre von der Gemeinschaft der Güter unter Ehe. Leuten. Baruthi MDCCCLXVI.

§. III.

Communio bonorum coniugalis in tota Germania olim obtinuit.

Haec de communione bonorum coniugali generatim spectata. Iam ad dulcissimam patriam, terras Guelpherbytanarum, propius me conuerto, ac me haud falli existimo, si quondam ibi ad singula coniugum bona arctissimum, quod inter eos fuit, vinculum extensum fuisse affirmem. Plures fese mihi offerunt rationes illud censendi; atque id ante omnia statuo ex eo, quod C. B. C. in vniuersa olim obtinuerit Germania. Minus arduum negotium mihi impostum video, quum celeberrimi ICI in hacce materia viam mihi iamiam strauerint. Paucos tantum, et in his praecipue *Illustr. PRAESIDEM* *), IO. PETR. DE LVDEWIG **), IO. GOTTL. HEINECCIUM **), DATT ***)) hic compellabo. Antiquissimis temporibus omnia bona inuicem coniuges communicare, amor in Germania iubebat coniugalis: praesertim si simplicem, ac omnium diticiarum expertem maiorum nostrorum *οικονομιαν* consideramus, sine negotio intelligemus, hanc ipsam iam necessitatem hanc C. B. imposuisse. Bona enim, vt TACITVS *) refert, in certo iumentorum numero et praediorum siue agrorum quantitate consistebant. Quae proinde bona ad communem familiae utilitatem et sustentationem impendebantur certeque coniugibus erant communia; id quod adhuc temporibus, quibus speculum Saxonicum confectum est, obtinuisse, docent eunden.

dentissima illa SAXONIS verba **): *Mann und Weib haben kein gezweyete Gut bey ihrem Leben.* Ea autem bona, quae non sunt gezweyete, i. e. diuisa, in communiōe sunt. Pergit SAXO, in eodem art. *stirbt aber das Weib bey ihres Mannes Leben, so vererbet sie auf ihren naechsten Anuerwandten keine fahrende Haabe, sondern allein Gerade vnd Eigen, wenn sie das hat.* Quis est, qui non ex his verbis C. B. intelligat? EYCKIUS DE REPKOW bene distinguit inter id, quod est in communiōe, et id, quod extra illam quilibet coniux adhuc possidet. Primum dicit *ungezweyete Gut*; alterum autem *Eigen*. Quum autem propria solum bona et Geradam proximis vxoris heredibus tribuit, eo ipso tribuit marito ea bona, quae paucis ante verbis *ungezweyete Gut* nominauit. Eadem adfirmat SAXO **). *Ein Weib vermag auch ohne ihres Mannes Vrlaub nichts von ihrem Gute zu vergeben, Eigen zu verkauffen, noch Leibzucht aufzulassen, weil er mit ihr in den Gewebren sitzt.* Quodsi autem quis eam ob causam non liberam habet facultatem disponendi de bonis suis, quia alter, qui habet hoc ius prohibitium, cum illo vnam eandemque potestatem habet; sequitur eos vnum idemque ius habere: hocce ius est reale, quod operatur condominium, et hocce posito communiō bonorum obtinere debet. RICCIUS quidem **) et EISENHARTVS *) contendunt, haecce verba de tutela mariti in vxorem esse explicanda. Sed minus congrue. Saxo enim speciatim loquitur de tutela, et speciatim de C. B. **). Praeterea quoque, si propter solam tutelam alienatio prohibita fuisset, cur dicit SAXO **) *Jungfrauen vnd vnverberathete Weibespersonen verkauffen ihr Eigen ohne ihres Vormundes Vrlaub, er sey denn Erbe darzu.* Quia igitur virgo sine consensu tutoris alienare poterat, eo magis vxor id facere potuisset, quia tanta imbecillitate laborare non praesumitur, si propter tutelam solam alienatio prohibita esset. Praecipue autem meam sententiam confirmant verba:

Er sey denn Erbe dazu. Quia igitur virgini alienatio prohibita erat, quando eius tutor quoque eius heres existebat, recte concludere possum, quod vxori quoque ea de re prohibita fuisset, quia maritus cum vxore vnam potestatem disponendi habebat, et vnus alterius heres existebat. Eadem scribit speculator SVEVICVS: *Stirbt einer Frauen ihr Mann: sie bleibet in des Mannes Gut vngetheilet mit ihren Kindern **).* Mann vnd Weib moegen nicht haben Gut geweyet *). Quod quoque nemo in dubium vocabit, quia potissimum apud Sueuos haec C. B. obtinuit. Vestigia, quod in omnibus prouinciis Sueuicis communio bonorum obrinuerit vniuersalis, praebent consuetudines prouinciarum paullulum ferius litteris mandatae et per introductionem Iur. Rom. tam corruptae. Inane tamen quid susciperem, si quas illarum nominare vellem, cum quae extant, iam explicatae sunt ab *Illustr. PRAESIDE **).* Quae cum ita sint, cum et speculum Saxonicum et Sueuicum communionem bonorum eorum tempestate viguisse dicant, iure meritoque mihi affirmare posse videor, hancce C. B. in Germania vniuersa fuisse *). Ius enim Saxonicum et Sueuicum per vniuersam obtinuit Germaniam; nec vlla alia iura vsque ad saeculum xv. habuimus. Ius Sueuicum in iis terris, quas hodie *das Reich* vocamus, Ius vero Saxonicum non in reliquis solum Germaniae prouinciis, sed extraneis quoque regnis obtinuit, ideoque etiam si non vniuersalis, C. B. alia tamen locum habuit, vti multae ea de re leges prouinciales legi possunt apud LANGIVM ***). Germania enim tunc temporis in populos Francici s. quod idem est Sueuici et Saxonici Iuris diuidebatur, quod BVRC. GOTTH. STRVVIVS *) pluribus ex WITTECHINDO **) probauit. Idem WITTECHINDVS **) occasione dissidii, quod Otto M. cum Henrico fratre iuniore propter diadema habebat, scribit: *Omnis populus Francorum et Saxonum iam olim designatum regem a patre filium eius Ottonem elegit sibi in principem.* Huic quoque

que respondent scripta Conradi Urspergensis aliorumque. Carolus ipse IV. in Aurea bulla **) cum ordinat, quasnam terras quilibet vicarius imperii haberet, diuidit Germaniam in prouincias Iuris Francici et Saxonici; quamquam CHRISTIAN. GODOFR. HOFFMANNVS *) haecce verba, aliter explicare studet. PETRVS HEIGIVS **) *ex antiquorum, inquit, monumentis constat, Saxones politiae egregiam formam et instituta ciuilia praeclara habuisse, partim eius gentis propria, partim aliis, a quibus originem duxerunt et quorum postea vicini facti sunt, communia.* His verbis praefatio EYCKII DE REPKOW ***) respondet, *dieses Recht, dicens, habe ich selber nicht erdacht, es haben es von Alters her auf vns bracht, vnser gute Vorfabren.* Sub verbo autem *Vorfabren* hoc loco intelligit, quos PETRVS HEIGIVS vicinos Saxonum et eos, de quibus originem duxerunt, nominat, ideoque corrui quoque sententia HOFFMANNI. Quoad successionem fere omnium Germaniae populorum leges sibi inuicem respondebant, quod mulieris nulla esset successio ***). Apud omnes Germanos, sicuti apud Saxones, mulieres erant indotatae, et pro his sponsus offerre debebat pretium parentibus et tutoribus, teste TACITO *). Haecce dona consistebant in iunctis bobus, frenato equo aliisque armis, quae omnia maximam communionem et bonorum et periculi pacis bellicae monstrabant **). Quod iam antiquissima Lege Salica plurimisque aliis legibus germanicis cautum fuisse legimus. Quum igitur mulieres, quantumuis excellentes, a successione in patrio dominio essent exclusae, communiore bonorum utebantur, ut mulieribus succurrerent, et innuptae et viduae viuere possent, tunc enim innuptae id postulare poterant, quod earum matri defunctae ex hacce C. B. competeat; viduae autem, quoad viuunt, cum liberis in bonis mariti defuncti permanent, quod clare ex speculo Saxonico patet ***)).

*) diff.

- *) *diff. doctissime et elegantissime conscriptam, de bonis liberorum Lindauensium profecturis, §. VII. seq. Ienae MDCCCLXIV.*
- **) *differ. Iur. Rom. et Germ. in success. Coning. Tom. II. p. 1302.*
- **) *Element. Iur. Germ. lib. I. tit. XXI, §. 274. p. 222.*
- **) *de pace publica lib. IV. cap. I. nr. 7. et 121*
- *) *in libro de M. G. cap. 5.*
- **) *Lib. I. arr. 31. et 45.*
- **) *Lib. I. arr. 45.*
- **) *in spicileg. Iur. Germ. lib. I. tit. XXVI. p. 532.*
- *) *in den Grundsätzen des teutschen Rechtes in Sprichwoertern p. 12. b.*
- **) *arr. 45. lib. I.*
- **) *lib. I. arr. 45.*
- **) *in dem schwaebischen LandRechte cap. 34.*
- **) *cap. 46.*
- **) *diff. supra laudata.*
- **) *BALEMANN, tractat. iurid. de femina ex antiquitatibus legibusque Romanis germanicis et praesertim Lubecensibus, Sect. II. cap. III. §. XIII.*
- **) *in der RechtsLehre von der Gemeinschaft der Güter unter den teutschen Ehelouen, §. 8. p. 38.*
- *) *in histor. iur. germ. §. XXI. p. m. 453.*
- **) *ann. lib. I. p. 634.*
- **) *lib. II.*
- **) *cap. v. principio.*
- *) *in spec. coniect. politic. p. 117.*
- **) *in quaest. Iur. Saxon. quaest. VIII.*
- **) *p. 7. edit. Gaermer.*
- **) *Lex Saxonum cap. VII. de heredibus et viduis, apud LEIBNITIVM Tom. I. p. 80. et Lex Anglorum et Werinorum, Tit. I. all. p. 83.*
- *) *cap. 18. de M. G.*
- **) *eod.*
- **) *arr. II. lib. I. Vtrumque speculum complexum esse, ius quondam vniuersale germanicum docuit Illustr. PRAESES diff. de bonis*

benis liberorum Lindanienſium proſcriptis, Ienae CIOCCCLXIV.
 et FRIDER. HENR. MYLIVS, de iure conſuetudinario vniuerſali
 Germaniae medii aevi in ſpeculis Sax. et Suevoico, eiusque cogno-
 ſcendi ratione, Lipſ. CIOCCCLVI.

§. III.


*Ius Saxonicum in terris Brunſuiceniſibus quoque re-
 ceptum fuit.*

Si quis quoque eſt, qui perſuaſum habet, in Germania
 communionem bonorum ubique quondam haud viguiſſe:
 ille vel minimum nobis concedet, iuri Saxonico in terris
 Brunſuiceniſibus morem geſſiſſe et per id alterum argumentum
 mihi ſuppeditabit, ex quo adparet, communionem bono-
 rum in patria fuiſſe cognitam. Quum igitur, poſt abroga-
 tas leges maiorum antiquiſſimas, Germani admodum diu
 ſecundum obſervantias conſuetudinesque vixerint; ſpecu-
 lum Saxonicum prima iurium, quae non in Saxonia ſolum,
 ſed aliis quoque Germaniae provinciis valuit, erat priuata
 collectio, ambabusque manibus arripiebatur, et ſecundum
 id multis in foris iudicabatur. *Perill. DE SENCKEN-
 BERG* *) aliud quidem credit, quem ſequutus eſt *Illuſtr. DE
 SELCHOW* **). Hoc ceterum diſſereri non poſſumus, multos eius
 articulos tamquam hereticos eſſe reprobatos, vt exſtant in ap-
 pendice ſpeculi Saxonici, mandantibus pontificibus Gregorio
 IX. et Eugenio IV. *); ſed ob hancce reprobationem nunc
 genuinus et ab omnibus vitiis repurgatus legum Codex cre-
 debatur, ideoque eius auctoritas non eſt imminuta, ſed
 potius ita aucta, vt in maxime remotis provinciis recipere-
 tur **). Abſona aliqua quidem et erronea, temporibus
 autem *EYCKII* congrua continet, ſed propter obſervantias
 Germaniae vniuerſales, quas comprehendit, propter egre-
 B giam



giam politicae formam et praeclara instituta ciuilia, quae
 omnia in eo reperimus, vbique receptione credebatur di-
 gnum, eaque de re facilem obtinebat accessum in terris Sa-
 xoniae inferioris, quod permultae leges demonstrant pro-
 uinciales Saxoniae inferioris. Omnes si recensere vellem,
 a proposito aberrarem, ideoque tantum in patria subsistam,
 cuius quaedam licebit referre exempla. Ante introductionem
 Iuris Romani in ducatu Luneburgico, maritus erat he-
 res mobilis, sicuti eum Ius provinciale Saxonicum pronun-
 ciat *). Idem obtinuit Iure Otterndorffensi, teste eius statuto
 de 1541. art. 11. et art. 15. item intuitu testamenti factionis
 ordinatur, quod secundum I. prov. Saxon **) aequae ac eius ve-
 terem interpretem valeret: ***) *Lüggende Gründe mögen im
 testamente nicht bescheden oder vergeven werden, eth were denn,
 de testeter mochte tho kercken Wege und Stege gabn vngel-
 holden.* Quid? quod in Iure ciuitatis Luneburgicae **) ex-
 pressis verbis Ius Saxon. receptum est? Verba ita sonant:
*Luneburgische Statuta oder Stadt-Recht bewehrte Gewohn-
 heit vnd darnachst saechsisches Recht, wie die im Sachsen-
 Spiegel, Weichbild vnd dergleichen Büchern begriffen vnd
 in gebräuchlicher steter Uebung vnd Obseruanz alhier in
 vnserer Stadt von Alters Herkommen auch in dieser Ordnung
 nicht geaendert seyn -- darnach soll gesprochen werden.* Et
 in alio loco dicitur: *So wollen wir allezeit die Ver-
 ordnung der gemeinen alhier üblichen saechsischen Rechte,
 vnd daß nach denselben erkannt vnd gesprochen werden soll,
 darunter verstanden haben.* Clarius adhuc confirmat meam
 sententiam specialis quaedam constitutio diui RVDOLPHI
 AVGVSTI Ducis Brunsvicensis, de anno 1675. in qua id
 legitur: *Wahrgenommen, daß gedachte vnserer Stadt, das
 vormals in vnsern Fürstenthum vnd Landen zwar in
 Brauch gewesene, nachgehends aber von vnsern loebli-
 chen Vorfabren ander Regierung Christmilder Gedächtniß
 aus erheblichen Vrsachen abgeschaffte Sachsen-Recht bis
 bisher*

bieber in Vebung behalten -- *), Quum igitur in hacce constitutione expressis dicatur verbis, Ius Saxonicum seu speculum Saxonicum olim in usu et hactenus in obseruantia fuisse; nemo quoque de eius receptione in patria facta dubitabit. Quis porro est, quem fugiat, Carolum M. Saxonibus suas dedisse leges? quorum autem nos stirps et progenies sumus. Ex quibus clare patet, omnia nostra instituta leges fuisse et consuetudines Saxonum **). Hoc quidem certum est, non admodum diu hocce Ius Saxonicum sese in patria conseruasse, tum quia multae eius doctrinae statui terrarum Brunsvicensium minus congruae videbantur, e. gr. Gerada et Heergeweta iam a Duce diuo Ottone Puero A. 1244. Hannouerae, et Ducibus Ottone Wilhelmoque Luneburgi sunt abrogatae **); tum propter odium ducis Guelferbytani Henrici Iunioris in Electorem Saxoniae Iohannem Fridericum, ex reformatione ortum. Quam ob causam Ius Saxonicum, per ordinatiorem curiae provincialis de anno 1559. tit. 31. et recessum provincial. Salzdalemensis anni 1597. art. 32. in totum abrogatum est ***). Nihilominus tamen multae eius reliquiae se conseruarunt, vt infra pluribus demonstrabo, et in ciuitatibus Luneburgi et Vlzae adhuc secundum Ius Saxonicum (indicatur *). Speculum Saxonicum non consuetudinum solum saxonibus propriarum, sed vicinorum quoque **), ideoque consuetudinum iam ante confectionem speculi saxonici Brunsvicensibus vfitatarum, erat collectio; ideoque multae consuetudines se conseruarunt, quae quidem in se non erant ex Iure Saxonico depromptae, sed propter vicinitatem, et quia fere omnibus Germanis erant communes, speculo Saxonico insertae. Quis igitur aliter argumentari potest, quam quod statuta vrbium nostrarum non ex iure ciuitatum, sed moribus maiorum vetustis, exque Iure illo antiquo Saxonico sint confecta? Iure itaque ac merito concludo cum



III. DE PVFENDORFF *), talia statuta potius ex suo fonte, puto Iure Germanico; quam peregrino explicanda esse.

*) *corp. iur. germ. publ. ac priuati*, Tom. 1.

**) *in elem. iur. germ. priuat. hodierni*, P. 1. cap. 11. sect. 11. §. 29. seq.

*) STRVVIVS *in histor. iur. cap. VI. §. 23. p. 469.*

**) STRVVIVS *loc. all.*

*) *Illustr. DE PVFENDORFF, obseru. Iur. vniuers. Tom. 11. obseru. LXXXVI. §. XVI.*

**) *lib. 1. art. 52.*

*) *art. XXII. fol. 39.*

**) *P. 1. tit. 1.*

*) *Perillustr. HELLFELD, inreperorio Iur. priuati, Tom. 1. p. 712. §. 8.*

**) *GOTTF. MASCOVIUS, notit. iur. in prooem. §. V. p. 5.*

*) *SCHIED, vom Adel, p. 583.*

**) *MASCOVIUS, loco all. P. 1. cap. IV. §. I. p. 59.*

*) *RICCIUS Entwurf von Stadtgesetzen, Lib. II. cap. XX. §. III. p. 632. et Perillustr. HELLFELD, l. all. Tom. I. §. 8. not. *. p. 712.*

*) *HEIGIVS, loc. all.*

*) *loc. all. Tom. II. obs. XXIII. §. II.*

§. V.

In Saxoniam inferiori communitio bonorum secundum statuta obtinet.

Perlectis fere omnibus Saxoniae inferioris statutis, quae mihi bibliotheca Illustris PRAESIDIS locupletissima suppeditauit, sententiam, communionem bonorum inter coniuges ex antiquissima obseruantia in tota Saxoniam inferiori obtinuisse, amplecti haud dubito. Non omnia sed praecipue narratu digna statuta explicaturus

rus sum. Hoc quidem verum est, non omnia statuta eodem modo disponere de hacce communione, non omnia omnimodam atque regularem continere communionem; sed hoc tamen certum est atque perspicuum, quod omnia alicuale condominium inter coniuges probent. Cuilibet enim haud ignotum est, in statuta, quae tempore iuris Romani introductionis sunt facta, saepe quoddam huius iuris irrepsisse. Consuetudines autem a gentibus in observandis suis iuribus antiquis tenacibus collectae, plerumque omnimodam C. B. inter coniuges laudant. Aliae iterum gentes germanicae tunc demum Com. Bon. effectum tribuebant, si ex matrimonio liberi erant procreati; hae enim rationem Com. Bon. in amore coniugali ponebant, quam per communicationem corporum carnalem diiudicabant, cuius autem rei liberos optimos credebant testes. Diuido igitur statuta, quae proferam, tria in genera: 1) in ea, quae omnimodam et regularem, 2) quae irregularem, 3) quae conditionatam in se continent C. B. inter coniuges. Causa enim portionis statutariae, quam nonnulla statuta coniugi tribuunt superstiti, latet quidem in C. B. generatim considerata, minime autem haecce portio statutaria tamquam effectus Com. Bon. omnimodae et regularis est consideranda: quum omnimoda et regularis C. B. omnimodam operetur successionem inter coniuges, si nulli adsunt liberi, et si liberi adsunt, in dimidiam omnium quae exstant bonorum partem. In hoc enim praecipue pono characterem distinctivum communionis inter coniuges et communionis inter alios socios initaes, qui non sunt coniuges. In com. enim inter coniuges pactum adest quoque, de sibi inuicem succedendo. Liberi enim semper in ius defuncti succedere debent, quia vivunt in parentibus. Ex quibus autem fluit, quod liberi cum superstiti parente in communione permanere semper teneantur, nisi superstes parens ad diuisionem prouocet,


aut ad secunda transeat vota, aut administrationi et educationi male praesit. Qua de re recte mihi concludere videor, eam Com. Bon. quae superstiti coniugi portionem tantum statutariam tribuit, ad irregularem esse referendam.

§. VI.

Statuta, quae probant communionem bonorum omnimodam et regularem.

Quibus praesuppositis, nunc statuta, quae partim C. B. omnimodam et regularem probant; partim quae certe coniugi superstiti dimidiam omnium, quae exstant bonorum partem tribuant, recensere conabor. Primo narratu sunt digna statuta latina lingua conscripta, quibus gaudent Lubecenses, quae huius sunt tenoris: *si mulieri moritur vir eius et pariter non habuerint liberos, ipsa accipiet vniuersas facultates, cum quibus ad consortium viri declinavit, diuidet autem cum proximis heredibus viri, quicquid super fuerit facultatum.* Et alio loco: *Si vir et mulier pariter habent liberos et alter praemoriatur, substantia aequae diuidatur inter superstitem et liberos, si nupservit: si vero non nupservit manebit cum pueris, et si quis liberorum moritur, hereditabit alteri liberorum *):* Alius codex Lubecensis **) sequenti modo de successione coniugum disponit: *Stervet eneme manne syn Wyf, vnde so wanne de mann schichten schal mit sinen Kinderen, he schal to vorn vinemen sinen Harnasch vnde sine schapene Kledere, so wat dar boven is dat schal men all gelicke schichten mit sinen Kinderen. Stervet ock een Vrowe er mann -- se nimt to vorn eve Handtrawe idt sy een sngeren oder en brece wat so den dar bouen gudes is, dat sie an schappen, Klederen und an ingedome, dat schal se gelick schichten mit eren Kinderen **).* Codex Hamburgensis ***)) quoad suc-

successionem mariti huc referri potest; intuitu autem
 vxoris superstitis aliquid irregulare continet. Eius verba
 sunt, quae sequuntur: *so wan ein sin ding berichten will,
 mag he geven von sinen wunnen gude also vele, also he will
 unde so wat na sinen dode aver bliff, dat sebal hebben sine
 husvrwe dat drudde deel, unde wer da mer ein Kindt,
 so seball de Vrowe hebben halff dat gud, und dat Kind de
 ander helfte - - - isset ock also dat de vrowe stervet, so
 seball de Mann dat gud halff hebben und sine kindere de
 andere helfte, wente be dat gud vermurfen hebbet.* Ius
 statutarium Hamburgense *) recentius accurate his verbis re-
 spondet **). Sole clariora sunt statutorum Bremensium verba
 *.) : *wor twe Lude tsoamende kaemen Mann und Frowe
 an Echteschop und Kinder gewinnen, so welck von beyden
 eber stervet, de beervet den andern. Stervet de Mann aller-
 ersten, und holt sick de Frouwe wol und ehrlichen na eres
 mannes dode, de Frouwe mach mit obren Kinderen sitten
 friglich an Erve und im Gude.* Nil aliud haec verba de-
 notare volunt, quam quod liberi matrem, quamdiu ea edu-
 cationi et administrationi bene praeest, neque ad secunda
 vota transit, cogere ad diuisionem haud possint, sed com-
 munionem bonorum, in qua vxor cum marito vixit, con-
 tinuare debent. Eorundem statutorum Ordele **) hoc
 quoque affirmant: *So wor twe tosammen kamen an Ech-
 teschop, wat de hebben, dat is obverbeyden na Stades Recht.*
 Idem sancitum est intuitu mariti superstitis *). Illustr.
 DE PVFENDORFF **) testatur, quod iure terrae veteris
 Bremensis ex moribus collecto et ab Archiepiscopo CHRISTO-
 PHORO confirmato, cuius verba appendici huius Tom. ad-
 iecta sunt, ordinatum sit, vt coniugum bona omnia com-
 munita fierent, etsi ex vtraque parte aequalia non sint,
 ideoque alterutro mortuo, superstitem bonorum omnium
 semissem retineret, alteram autem dimidiam bonorum par-
 tem liberis, vel his deficientibus, defuncti propinquis ce-
 derent.



derent. Nullibi autem in statutis Bremensibus inueni, coniugem superstitem, si adsunt liberi, pro horum numero portionem accipere virilem vti adfirmat HENR. ARNOLD. LANGIUS *). Secundum statuta Hildesiensia quoque obtinet C. B. siquidem verba eius haec sunt: *Sterft enne Manne sin Wif, de mach sitten unde beholden dat he bevet, de wile he nene andere nemen ne wel, hevet he Kindere, de ne moghet ene to nener delinghe driven. nimt he en ander Wif, so scal he sinen kinderen gheven half all dat he bevet. Welcker Vrouwen ere mann sterft, de mach beholden dat se hevet, de wile se ane mann bliuen wel, hevet se Kindere, dene moghet se to nener delinghe driven, weret dat se des to rade worde, dat se man neme, so scolde se to Kindes dele gan.* Haec communitio bonorum coniugalis per ordinationem ciuitatis Hildesiensis iudiciariam *), et per decretum a senatu Hildesiensi **) confirmata est. Statuta Einbecensia **) non dimidiam solum, sed vniuersam hereditatem, deficientibus liberis, superstiti coniugi tribuunt. Quando autem liberi adsunt, superstes coniux cum liberis tam diu in communitioe manet, quam diu ad secunda vota haud transit. Quae statuta nouissimis temporibus a GEORGIO II. Rege Magnae Britanniae **) sequenti modo explicata et confirmata sunt: *Wenn 1) ein Ehegatte ohne Kinder oder eine in den Rechten beständige Ordnung über sein Vermögen hinterlassen, verstorbet, so hat es bey dem statuto sein Bewenden, und soll der Vberlebende den Verstorbenen auf solchem Zufall, so wol an fabrender Haabe, als liegenden Gründen völlig beerben, auch des Verstorbenen etwa noch lebenden Eltern die legitima herauszugeben nicht schuldig seyn.* In comitatu Hoyensi C. B. inter coniuges quoque obtinet de regula, coniugesque sibi inuicem secundum paroemiam *Längst Leib, Längst Gut* succedunt *). Quibus respondent statuta Osterodensia, quorum verba **) haec

haec sunt: Würde ein Ehegatte vor den andern versterben,
 und keine Kinder von ihrer beyden Leibe gebohren hinterlas-
 sen, auch keine Ehepacta zwischen ihnen aufgerichtet, noch
 sonst eine niedrige disposition oder letzter Wille vor Handen
 seyn, so ist alhier durch eine beständige und obverrückte
 Gewohnheit hergebracht, daß der letztlebende des Verstor-
 benen in allem Nachlasse mit Ausschließung dessen collateral
 und seitwertigen Anverwandten obstreitiger Erbe sey. Fere
 idem dicit Ius statutarium Cellense **) vbi vniuersa de-
 functi bona deficientibus liberis, testamenti tabulis pactis-
 que dotalibus superstiti coniugi tribuuntur: Sollen die Gü-
 ter der Witwen bleiben, Sollen die Güter bey dem Manne
 bleiben, quod sapit formulam: Längst Leib, Längst Gut.
 Quando autem liberi adsunt, hi C. B. cum superstiti con-
 tinuare, nisi dissipationem bonorum probent, aut super-
 stites coniux ad secunda transit vota, tenentur: Mit ihren
 Kindern aus ihrem Leibe gebohren in dem Gute sitzen
 bleiben. Quod iam antiquissimae leges municipales Cellen-
 ses *** quoque ordinarunt: Heuet en Borgbere Kintere,
 de ne mogen ene nicht to delinghe dwingen de wile dat he
 levet. Secundum Ius Statutarium Verdense *) deficienti-
 bus pactis dotalibus C. B. inter coniuges omnino obtinet,
 siue liberi existant, siue non, et coniuges sibi inuicem ab
 intestato succedunt. Verba, quae huc pertinent, haec
 sunt: So twe Lude tosammente kamen an Echteschup,
 Mann und Fruwe und Kinder winnet, so welck eber stervet,
 desfulven Nalat beervet de ander. Quum autem CAROLVS
 XI. veterem et nouam ciuitatem Verdensem vniret, et
 communia daret iura, per recessum combinationis **),
 haecce iura coniugum haud mutauit. Iure Hadelenfi
 *) id ordinatum est: Alsbald Eheleute in den
 Ehestand beysammen kommen, werden ihre Güter vnter
 ihnen gemein vngerecht die Güter, so sie zusammen brin-
 gen, vngleich seyn. Derowegen, wenn einem Manne sei-
 ne Haus-Fraue mit Tode abgebet, behält er das halbe Gut,
 C und

und den andern Theil Gutes erben die Kinder. Da sich nun der Vater nicht wieder befrejet, mag er mit den Kindern in ungetheilten Gütern, indem er die unvermindert behält, besitzen bleiben. Quando autem ad secunda vota transit, liberis materna cum omnibus accessionibus antea edere tenetur. Idem ius vxori defuncto marito, pluribusque ex matrimonio vno infante relicto, tertiam omnium bonorum tribuit partem. Non minus adprobant hancce C. B. Statuta Kedingensia ^{*)} hisce verbis: *Verstirbet einer von Eheleuten, ohne Leibes Erben, werden vor erst die Ehestiftungen angesehen, seyn die nicht vorhanden, nimmt das überlebende Theil, nach alten LandRecht sagende: daß Mann und Fraue auf halb und halb zusammen kommen, den halben Theil aller Verlassenschaft, nichts davon ausgeschlossen.* Vbi autem praesupponitur, quod liberi ex matrimonio nati adfunt, his autem deficientibus, superstes est heres ex assè secundum vetus Ius prouinciale.

*) DE WESTPHALEN, monum. ined. Tom. III. p. 623.

**) art. 5. de CIOCCXL.

**) apud DE WESTPHALEN, l. all. Tom. III. p. 640. et art. 12. ibid. p. 641. et art. 13. ibid. huc quoque referri possunt.

**) de CIOCCCLXX. cap. VI. art. VII. ap. DE WESTPHALEN, l. all. Tom. IV. p. 3000.

*) P. III. Tit. III. art. I.

**) HENR. BROCKES, de bonor. coniug. inter Hamburgens. commun. §. XX. Ienae CIOIOCCXLVII. Eiusdem Iur. Hamburg. conferti quoque potest, art. 5, 6, et 8.

**) de CIOCCCCXXXIII. statut. 7. ap. DE PVFENDORF, obs. Iur. vniuers. Tom. I. in append. p. 46. Extat quoque in V. C. GERH. OELRICHS, vollständigen Sammlung alter und neuer Gesetzbücher von Bremen, p. 451.

**) Ordele 86.

**) statut. 8. Addas locum apud OELRICHS, loc. cit. p. 450. sqq.

*) 1

- ***) *l. all. Tom. IV. obs. XVIII.*
- *) in der *Rechts-Lehre von der Gemeinschaft der Güter unter deutschen Eheleuten*, cap. I. §. 5. nr. 6. p. 15.
- *) de CIOIOCLVIII.
- **) de xxv. Aug. CIOIOCLXXXIII.
- **) quae anno quidem CIOIOCLVIII. edita sed CIOIOXLVIII. iam introducta sunt cap. XIII.
- **) de xx. Ianuar. CIOIOCLIII.
- *) GOTHOFREDI MASCOVII, *notir. Iur. Brunsvico-Luneburgici*, P. I. cap. I. §. XXVIII. p. 35. EIVSQUE prolusio de *paroemia Längst Leib, Längst Gutb. DE PVENDORFF, l. all. Tom. II. obs. 86. et Tom. III. obs. 25.*
- **) art. XIII.
- **) *Tit. von Weib vnd Mannen, §. Versturbe aber.*
- **) art. 32. ap. LEIBNITIVM, *Tom. III. scriptor. rerum Brunsvicens.*
- *) *statut. 22. ap. DE PVENDORFF, l. all. T. I.*
- **) de XVIII. Iul. CIOIOCLXVII.
- **) in der *Verordnung des Hadelerschen Landgerichts vnd Rechts zu Fortsetzung vnd Erhaltung der ordentl. Justitzen vnd gleichförmigen Rechts verfaßet vnd publicirer*, CIOIOCLXXI. P. III. *Tit. XVII.*
- **) *Tit. XVIII. ap. DE PVENDORFF, l. all. Tom. I. in append.*

§. VII.

Statuta, quae C. B. inter Coniuges laudant irregularem.

Iam me conuerto ad ea statuta, quae in dispositione circa C. B. inter coniuges irregulare quoddam et intuitu vxoris et mariti exhibent. Qua in re ante omnia ad statuta Stadensia *) pronoco, quae ita disponunt, vt coniux coniugi quidem liberis deficientibus in dimidiam bonorum partem succedat, sed tali modo, vt non cogatur, sua propria

pria bona conferre, sed superstes coniux accipiat dimidiam bonorum defuncto priorum partem. Quando autem liberi ex matrimonio adfunt, coniux superstes cum liberis heres est ex asse, falua tamen legitima, quae debetur parentibus defuncti superstitibus. Quibus respondent statuta Boxtehudensia **). Legibus antiquis Goslariensibus **) ita sancitum est: *Sterft en man de en echte Wif binder seck leth, de Kinder tosammente hebben, de wile dat Wiff neuen andern Gaden nimt, ne darff se mit den Kindern nicht delen, wenne se aver enen andern Gaden nimpt, so schall se mit den Kindern delen, vnde schall to vorne nemen alle ore Kledere, de se to oreme Live befft, vnde dat Geschmide, alse se to orme manne ggebracht befft, eder also Gud Gesinide, oft idt dar besterfft, vnde wat dar vorder van erve is, dat schall de Fruwe mit den Kindern to Kindes deele gan.* Semper haec leges vxori portionem tribuunt filialem, si maritus nullum illi reliquit vidualitium (*Leibzucht **)*). Tacere quoque haud possum hoc loco de statutis Otterndorfensibus *): *Hedde aver de Frawe von ebrem verstorben Manne nicht mehr, wenn ein Kindt, schall se dat Guds mit dem kinde the glicke delen, vnd ere Gerade allene voruth nemen, et eodem articulo dicitur: Wenn de Mann stervet, vnd verletb ehliche Kinder, so schall de Frowe den drudden deel aller Guder nemen, vnd even fraulicken Geschmuck, Kleider, vnd ehr eingebrachte Brutbedde voruth, vnde den Kindern de ovrigen Guter bliuen laten. se schall aver dennoch de Vormundschnap vnde Verwaltung der Guder beholden ane Tyns, so lang: als se syck nicht wedderum vereblichet, vnde dargegen de Kinder vnderholden.* Cum hisce verbis conuenit ius prouinciale Nordstrandicum **), quod tamen potius ad ea statuta, quae conditionatam probant C. B. referri potest.

*) de CIOCCCLXXVIII, cap. 9. ap. DE EVFENDORFF, l. all.
Tom. I. in append.

**) GOTOFR. MASCOVIUS, l. all. P. III. §. XXXII.

*) art. 83. ap. LEIBNITIVM, l. all. Tom. III. p. 488.

*) art. 77. 78. 80. 82. Quod intuitu mariti fanciunt, continet
art. 84.


*) de CIOCXLI. art. II. ap. DE EVFENDORFF, l. all. Tom. II.
in append. p. 174.

*) de CIOCLXXII. P. II. art. XXIII.

§. VIII.

*Statuta Saxoniae inferioris de C. B. inter Coniuges
conditionata testificantia.*

Supereft adhuc statutorum C. B. in terris Saxoniae inferioris probantium vna species, puto statuta, quae conditionatam inter coniuges C. B. exhibent, quia ab euentu incerto, si nempe liberi nascuntur, pendent, et a momento, vbi natus in quatuor parietes clamorem edidit, incipit C. B. Verum enim vero ita leges ciuitatis Luneburgenfis antiquae fanciunt *): *Stervet eyn Fruwe vnde levet en Kint, so lange na orem dode, dat idt de veer Wende besehryet, also, dat dei Nabur beide boben vnde benedden borden vnde betuget, de Vader beholt de Fruwen rade.* Eadem fanciunt intuitu vxoris: *De Fruwe scal oer Herwede bebolden binnen dem Huse.* Clarius adhuc loquitur alius locus **): *Neme eyn Mann eyn Wiff, vnde wunne se Kindere by eme, vnde storve de Fruwe er de Mann, de Kindere noch ere Frunt en mochten den Vader up nene delinghe drywen, he en neme eyn ander Wiff. Neme he en ander Wiff so mochten ene syne Kindere, weren se mundich, up delinghe drywen: weren se ock nicht mundich, mochten dat don oren negesten Frunt van erer moder wegen, so scolde he geven synen Kindern alle syn Gut halff, wore he dat inne hadde, vnd erer moder*



*rode to voren. Weren se oek nicht mundich, so bleve he
 ore Vormunder, bet an de Tit, da se mundich worden. Ea-
 dem iterum sancita sunt intuitu vxoris, excepto, quod pro-
 ximus defuncti mariti agnatus tutor fiat liberorum impube-
 rum. Fere eadem ordinata sunt, in alio iure statuario Lu-
 neburgico *). Secundum hoc C. B. inter coniuges tunc
 demum incipit, simulac proles nascitur, quae deinde quo-
 que post mortem alterutrius coniugis inter superstitem et
 liberos contiuuatur. Ex quo illud venit, vt coniux coniu-
 gi cum liberis suis in vniuersa succedat bona. Diuisione au-
 tem facta, coniux superstes dimidiam horum bonorum accipit
 partem, alteramque dimidiam liberi. In omnibus hisce ius
 Wurfaticum fere huic respondet **,). *Wenn in einer
 Ehe lebendige Kinder, so die 4 Wände des Hauses beschreyet
 zur Welt geböhren, so wird dadurch eine Gemeinschaft aller
 Guter eingeführet, et §. 2. Stirbet denn bernacher der Ehe-
 leute einer ohne Kinder, so behält der Vberlebende Krafft so-
 thaner Gemeinschaft das halbe Guth, den vbrigen Halb-
 scheid aber nemen des verstorbenen Ehegatten nächste Erben.
 §. 3. Wenn aber gemeldeter massen die Guter nicht beerbet,
 alsdenn hat sich das Ebeuweb oder dessen Erben mehr nicht,
 als des eingebrachten Brautschatzes zu erfreuen. Alio ite-
 rum loco *) dicitur: Behält die Fraue ihren Witbenstand
 unverruckt, so bleibt sie mit ihren Kindern auf Gedy und
 Verderb. Luce clarius haecce verba C. B. inter coniuges
 omnimodam et regularem quamquam conditionatam pro-
 bant, nullaue amplius interpretatione indigere credo. Ad
 statutum tamen quoddam Lubecense **), quod profert
 HENRICVS BALEMANNVS **) ad sententiam meam am-
 plius adhuc suffulciendam prouoco, cuius verba sic se ha-
 bent: *Wird ein Mann wegen Schuld flüchtig, hat er denn
 mit seinem Weibe Kinder, und ist die Schuld bekentlich,
 oder wie Recht überwiesen, so soll dieselbe bezahlt werden
 von ihrer beyderseits Gute. Haben sie aber mit einander
 keine***

keine Kinder, und ist der Mann flüchtig, so nimt die Frau ihren Brautschatz, Kleider, Kleinodien und jungfräulich Engedonnte, welches sie ihm zugebracht, zum voraus.

*) in Epilogo ap. LEIBNITIVM, l. all. Tom. III. p. 755.

**) art. I.

*) P. II. Tit. I. §. Weil auch et P. VI. Tit. I. et XII. seq.

**) de An. CIOICLXI. tit. I. art. I. §. I. ap. DE PFENN-DORFF, l. all. Tom. II. in append.

*) art. II. §. 2.

**) lib. I. tit. V. art. VIII.

**) Diff. de foemina sect. II. cap. III. §. XVI. seqq.

§. VIII.

Leges antiquissimae Brunsvicensis de communione bonorum inter coniuges.

Quum res ita se habeant, ideoque merito habere possumus persuasum, condominium quoddam inter coniuges in tota inferiori Saxonia obtinuisse, certe concludere queo, hoc quoque interris Brunsvicensibus valuisse. Rem autem ut accuratius euincam, leges, quae exstant, Brunsvicenses perlustrabo, et quod de hocce condominio inuenio, proferam. Qua de re illas leges antiquissimas municipales ciuitatis Brunsvicensis *) , quas exhibet LEIBNITIVS **), inspiciam. In hisce legibus ***) vestigia reperimus nostrae communionis, nam ita se habent: *Swelick Vrowe ane Man kulsblicken levet na eres mannes dode, unde eren Kinderen wol vore vet, de ne mögben ere Kindere to neyner delinge dvingen, de wile se ane mann is.* Et alius locus dicit ***) : *Nenes mannes Kint mach sinen Vader to delingbe dvingen, de wile de Vader levet. Nimpt eine Wedewe, de eyn Kind hefft, eder*

eder mer, einen andern echten mann, stadet de Kindere unde ere Vront, dat de man, der moder Gudes unde der Kindere seck underwinnt, unde nicht beneuet werd, wat der moder si, oder der Kinder sunselucke. swanne der Kinder Vront willen, so moghen se den mann to dele triven, so mot he on gheven den haluen del alle des gudes, des he unde sin Wif denne bebbet, winte dat Gut stunt Win unde Verlust**). Hefft eyn man echte Kindere bi ener Vrowen eder twen, eder mer Vrowen levet de laste Vrow eres Mannes dot, se nimpt mit eren Kinderen, de se befft by eme dat erve halff, unde schal ere Vormunde wesen to gude, nicht to arghe, wel se seck von öhm scheden, so nimt se dat halff, und de Kindere halff, befft se ock neue Kindere, se nimpt id ock halff, de anderen beffte des erves nemet de anderen Kindere geblicke. Vnum tamen effectum ex C. B. inter Coniuges descendentem prohibent hae leges **) hisce verbis: Neynes mannes Wiff, noch sin Kint mach me vphol-den umme Sebult, de de mann sebuldig is, de wile he levet, se en bebben id gelober. Qua autem prohibitione non opus fuisset, si coniuges in communione non vixissent, vxorque eam cum liberis non continuaret, alias enim vxor superstes in se est libera a soluendis, quae quae contraxit maritus debitis. Etenim, simulac maritus mortuus est, vxor ea recipit, quae intulit, si nulla obtinet communio honorum. Quando autem obrinet, etiam ad debita mariti soluenda est obligata, quia omnia, debita et credita, ad-questus et damna sunt communia.

*) de An. CIOCCXXXII.

**) l. all. rom. III. p. 436.

*) part. I. art. XXX.

*) art. XXXI.

*) P. IIII. art. V. ap. LEIENITIVM, l. all. rom. III. p. 442.

**) art.

***) art. XXIII.

*) p. IIII. art. XXXVIII.

§. X.

*Communione honorem inter coniuges Brunsvicensis quon-
dam viguisse probatur ex constitutionibus nouioribus.*

Sed quid plura? in ipsis nouioribus constitutionibus Serenissimorum patrum patriae quoque reliquias C. B. inter coniuges reperimus. Iam ante omnes constitutionem duorum Fratrum RVDOLPHI AVGVSTI ET ANTONII VLRI-
CI *) euoluam. Dicitur nempe in ea: Ob wol in hiesigen unsern Furstenthum Braunschweig Wolfenbittel vermöge einer von undencklichen Iahren mit Zulassung unser hochseeligen Vorfahren christmildesten Andenckens hergebrachten Gewohnheit in casibus successione coniugum es allezeit dergestalt gehalten worden, daß wenn ein Ehegatte ohne Verlassung einiger Erben in auf oder absteigender Linie auch ohne Errichtung zu Recht bestandiger Ehepacten, oder letzten Willens-Verordnung, verstorben, so dann der Veberlebende, dem bekannten Sprichworte nach, die Thur zugethan, und sich des abgelebten sämtlichen Nachlasses mit Exclusion derer seitwärts vorhandenen Erben eigentbümlich angenommen, gestalt denn solcher Gewohnheit nicht allein bey unsern Aemtern, Städten und Gerichten, sondern auch bey unserer Cantzley und Hoffgericht, wenn dergleichen casus zur Contradiction gediehen, und rechtlich entschieden werden müssen, oftmahls gesprochen, und dieselbe durch viele praeiudicia behauptet worden. Nachdem wir jedoch in Erfahrung gebracht, daß einige Consulentes und Sachwalter, bishero sich unterstan-

D den




den, die Vniuersitaet dieser Gewohnheit, und ob dieselbe nebst andern unsern Vnterthanen auch unsere höhere, mitlere und geringere Bedienten mit begriffe, in Zweifel zu ziehen, und dadurch ein und den andern beschwerlichen Proceß zu veranlassen, und wir dabero zu Verbütung dergleichen Rechtfertigungen diensahn, auch unsern Vnterthanen ersprieslich ermessen, vber solche Gewohnheit, vnser Landesfürstliche approbation und Bestätigung öffentlich ergeben zu lassen. So declariren wir demnach mehr erwehnte consuetudinem und Gewohnheit für ein obnzweifelich Gesetze in puncto successionis coniugum. und constituiren mittels vnserer Landesfürstlichen Macht und Gewalt hiermit und Kraft dieses, daß wenn in hiesigen vnsern Fürstenthum Braunschweig und Wolfenbuttel, es sey in welcher Stadt, Amt, Gerichte, Flecken und Dorffe es wolle, zwey Eheleute durch den zeitlichen Todt von einander getrennt werden, und der erst sterbende weder in ascendenti noch descendenti Linea einige Erben, noch ein zu Rechtbeständiges Testament und letzten Willens Disposition noch einige pacta dotalia hinterlassen, oder sonst durch andere zu Recht beständige actus inter viuos von dem Seinen disponirt, alsdenn der letztlebende Ehegatte, er sey Mann oder Fraue den andern verstorbenen ohne Iemandes Hinderung, und mit Exclusion derer sich sonst anmeldender CollateralVerwandten, sie seyn so nahe als sie wollen, völlig erben, folglich dem bisherigen alten Sprichworte nach, der letzte die Thur zuthun und deßfals von iertzgemeldeten CollateralVerwandten allerdings ohnangefochten bleiben und gelassen, und dieserwegen so wenig jetzo, als künftig zwischen vnsern Fürstlichen, Hoff-

Cantzley-

Cantzley-Krieger und andern Bedienten, sie mögen seyn,
 wes Standes sie wollen, noch auch zwischen vbrigen vnsern
 Untertanen in mehrbemeldten vnsern Fürstenthum einiger
 Vnterschied gemacht, sondern sie darunter vielmehr alle
 gleichgehalten werden sollen. Quamquam haecce constitutio
 regularem omnimodamque C. B. haud laudat, aliquale tamen
 superstici coniugum et quidem plenarium in omnia defuncti
 bona tribuit dominium, deficientibus adscendentibus aliisque
 vltimis voluntatibus, ideoque nobiscum vestigia veris C. B.
 regularis, quae alias in terris Brunsvicensibus viguit, lucu-
 lentissime communicat, paroemiamque, quae aliquoties in
 hacce Constitutione obuenit, *Der letzte thut die Thur zu*,
 C. B. regularem, et denotare et secundum illam vltimum in
 viuis vtriusque coniugis in omnia iura defuncti coniugis
 succedere, quilibet mihi largietur, ideoque breuitatis causa
 prouoco ad *Illustr. PRAESIDEM ***), IO. FRID. EISENHAR-
 TVM **), KNORRIVM **) et HENR. CHRIST. DE SEL-
 CHOW *). Obstarè quidem mihi videntur verba constitu-
 tionis: *von undenklichen Jahren her*. Sed haec verba nil
 aliud denotant, quam quod nullus mortalium adsit, qui sibi
 conscius est, in hacce materia aliter in contradictorio esse iu-
 dicatum. Ex hisce autem fuit, nonnullis ante saeculis, quam
 haecce constitutio est lata, rem tamen aliter se habuisse, com-
 munionemque bonorum inter coniuges regularem et omni-
 modam obtinere potuisse, quod iam satis, non ex paroem-
 ia solum, *der letzte thut die Thur zu*, quaeque sequenti
 tempestate per hacce constitutionem in his illisue est restri-
 cta, sed ex illis antiquissimis legibus ciuitatis Brunsvicensis
 municipalibus iam (§. VIII.) prolatis patet, sensim autem
 et verus sensus illius *der letzte thut die Thur zu*, et vera
 indoles Communionis bonorum, vt ex hacce videmus con-
 stitutione, fere in omnibus prouinciis est mutata. Hoc ad-
 huc asserere audeo, verum integrumque sensum huius con-
 stitu-

stitutionis esse, vt adscendentes, deficientibus descendenti-
 bus, nil amplius dimidia bonorum a defuncto relictorum
 parte, reliqua autem bona coniux superstes vi communio-
 nis bonorum accipiat, ideoque adscendentes liberis aequi-
 parentur, et in eorum locum succedant. Quum enim ex
 natura indoleque C. B. adscendentes a successione in bona
 defuncti coniugis a superstite coniuge excludantur (§. V.)
 nostrae constitutionis interpretatio strictissime de successione
 adscendentium est facienda, ne, quantum possumus, a prin-
 cipiis C. B. genuinis aberremus. Praeterea luce clarius
 est, Serenissimos legislatores hancce constitutionem in fa-
 uorem coniugis superstiris tulisse, qui in communiōe cum
 defuncto vixit, ideoque non in eius odium, sed potius fa-
 uorem est interpretanda. Plura adhuc hac de re verba
 facere possem, sed a proposito aberrarem, ideoque satis suffi-
 cere credo, ex constitutione allegata, vestigia C. B. inter
 coniuges probasse, quae clare ex illa patent. Quam meam
 sententiam magis adhuc confirmaturus prouoco ad Serenissi-
 mi patris patriae CAROLI interpretationem**), quam in
 extenso proferre liceat: *Von Gottes-Gnaden, Wir CARL
 Herzog zu Braunschweig und Lüneburg etc. fügen hier-
 durch zu wissen, was gestalt Zweifel vorgefallen, ob das-
 jenige, was im 18^{ten} Titel der Heinrichstädtischen Statu-
 ten und unserer declaration vom 21^{ten} Decembr. 1746. von der
 Successione coniugum verordnet ist, auch auf die von dem
 verstorbenen Ehegatten anderwärts im Lande nachgelassenen
 Güter zu erstrecken, mithin der lebende Ehegatte zu densel-
 ben, wie zu der ubrigen Erbschafft zu admittiren sey.
 Damit nun diese Sache in Gewisheit gesetzt werde, so de-
 clariren wir obgedachten Articul der Heinrichstädtischen
 Statuten und Verordnung hiermit gnädigst dahin, daß die
 dadurch festgesetzte Erbfolge von allen in unsern sämtlichen
 Landen befindlichen beweglichen und unbeweglichen Erbgü-
 tern, und was in die Erbschafft gehoret, so ein Ehegatte,
 der*

der in Wolfenbüttel sein domicilium gehabt hat, verläßt, zu versterben sey, folglich der Hinterbliebene in allen solchen Gütern, wenn gleich an den Orten unserer Lande, wo sie belegen sind, sonst ein ander Jus succedendi üblich ist, nach Maßgebung vorgedachter Verordnung zur Succession zugelassen, auch hiernach so wol die künftig vorkommenden als auch die anietzo etwa in Streit befangenen Fälle entschieden werden sollen. Operae pretium nunc quoque credo, verba statutorum et priuilegiorum vrbis Henricianae, ad quae Constitutio antea allegata se refert, hic apponere. Dicitur in iis **) Auch wenn dieselben nicht (scil. Ebestiftung) und kein Testament vorhanden, es mit des Abgestorbenen hinterlassenen Witwen also gehalten werden, daß sie alles und jedes, was sy ihrem seligen Ehemann nicht praesumptive sondern beweislich ein und zugebracht, auch yr ex causa legatorum Erbsfülle oder in andere in rechten beständige weise zugehörig, samt irem in stehender Ehe nach zimlichen Dingen und Standes gebur gezeugtem Schmuck und Ziraat aus den Gutern nemen, voor sich behalten und dann mit ives seeligen Ehemans Kindern von yr oder voriger Ehefrauen geboren, zu gleichem Theile erben möge. Iam luculentissime ex hisce verbis condominium inter coniuges obtinens patet, cum mobilium et immobilium et quicquid ad hereditatem pertinet, superstes coniux heres pronuncietur, quoniam quoque loco patriae sunt sita, quod ex condomnii doctrina fluit. Aliam adhuc constitutionem Serenissimi Ducis CAROLI proferre licebit **) qua constitutio diuorum fratrum RVDOLPHI AVGVSTI et ANTONII VLRICI *) magis extenditur, et ita se habet: Demnach von unsern in Gott ruhenden Vorfabren bereits unterm 26^{ten} Aug. 1689, eine gewisse und beständige Verordnung gemacht worden, wie es wegen der Erbfolge der Ehegatten, wenn kein letzter Wille, auch keine Erben, weder in ab- noch aufsteigender Linie, vorhanden, in unsern furstlichen Landen zu halten



sey; dahingegen wenn bey Absterben des einen oder andern Ehegattens Erben, von welchen der Erblasser, oder auch die von dem Erblasser abstammen, vorhanden, den gemeinen beschriebenen Rechten bishero nachgegangen worden, vermöge deren dem überlebenden Ehegatten nur in gewissen Fällen und in gewisser Maaß ein Kindes Theil geburet, woruber es offtmals zu kostbaren Rechtfertigungen gekommen. Und aber, um den aus so vielen Einschränkungen sich ergebenden Schwierigkeiten künftig vorzubeugen, etwas gewisses und beständiges auch hierinn festzusetzen, nötig seyn will, gleich denn solches bereits in den mehrern Staaten des Heil. Röm. Reichs geschehen, und darn an und für sich der natürlichen Billigkeit selbst gemäß ist, daß der überlebende Ehegatte aus des verstorbenen Gutern gleiches Recht mit den vorhandenen Kindern genieße. So bestätigen wir nicht allein vorangezogene Constitution vom 26 Aug 1689 hiemit nochmalen ausdrücklich und durchgebends, sondern setzen, ordnen und wollen aus Landesfürstl. Macht und Gewalt, hiemit und Krafft dieser algemeinen anderweiten Landesconstitution ferner noch, daß kunftig auch, wenn der eine oder andere Ehegatte bey seinem Absterben ohne letzten Willen, ein oder mehrere Kinder hinterläßt, sodann der überlebende Ehegatte, es sey der Ehemann oder die Ehefrau mit den Kindern, dieselbe mogen gleich in erster oder anderen Eben erzeuget, auch ihrer viel oder wenig seyn, jedesmalen zu gleichem Theile geben, folglich von dem erb- und eigenthümlichen Gutern des verstorbenen. so viel diesen Kindes Theil betrifft, das völlige Eigenthum, und nicht den Nießbrauch allein, erhalten, und darin Erbe seyn solle. Ad hanc portionem filialem consequendam coniux superfltes illata, et quae iure dominii possidet, conferre haud tenerur; bene autem donationes durante matrimonio inter maritum et uxorem factas, et omnia, quae a defuncto coniuge veniunt, quibusque facultates superfltis meliores sunt reddi-
tac.

tae. Deficientibus liberis relictis adscendentibus, coniux superstes dimidiam bonorum partem a defuncto relictorum accipit, et quod maximum, iure domini. *Wurde auch ein Ehegatte bey seinem Absterben ohne Testament keine Kinder, sondern nur in aufsteigender Linie Erben hinterlassen, soll der überbleibende Ehegatte zum halben Teil erben, die in aufsteigender Linie aber, es mogen ein oder mehrere derselben seyn, sollen die andere Haelffte von der Erbschaft haben. Auch mag der Witwer oder die Witwe, wenn derselbe oder dieselbe gleich zur andern Ehe schreitet, in solchen Fall den ihm oder ihr zugewallenen Anteil eigentümlich behalten.* Vnum et quidem luculentissimum effectum C. B. inter coniuges nobis suppeditat haecce constitutio, puto, quod coniux superstes ad soluenda defuncti debita pro sua parte sit obligata. *Es hat aber, dicitur in ea, so wol in diesem, als der vorigen Fälle einem ein jeder Erbe, zu seinem Teile, die der Erbschaft halber zu leistende Abgaben, und unter solchen die von dem Verstorbenen hinterlassenen Schulden mit zu übertragen.*

*) de xxvi. Aug. c. i. d. c. l. x. x. v. i. i. l.

**) dist. iam sapius laudata §. ix. p. 29.

*) institut. iur. germ. priuati lib. i. Tit. xv. §. iiii. p. 91. not. c.

**) Rechtliche Anmerkungen p. 83.

*) Elem. iur. germ. priuati. hodiern. lib. ii. cap. i. sect. ii. tit. ii. §. 473. p. 553.

**) tituli xviii. statutorum et priuilegiorum urbis Henricianae de xviii. Septembr. c. i. d. c. l. i. i. i. l.

**) tit. xviii. Von seihalbenden Erben von Testament.

**) de xxx. Decembr. c. i. d. c. l. i. i. i. l.

*) de xxvi. Aug. c. i. d. c. l. x. x. v. i. i. l.



§. XI.

Paroemiae: Längst Leib, Längst Gut, der letzte thut die Thur zu, in Brunsvicensibus obtinentes, C. B. inter coniuges, denotant.

Vnum adhuc argumentum prae me video, ex quo adhuc magis probare audeo, C. B. olim in patria obtinuisse reliquiasque eius adhuc adesse. Consideremus enim paullo curatius illas paroemias. *Längst Leib, Längst Gut, der letzte thut die Thur zu.* Huius fit mentio in ipsa constitutione diuorum Fratrum RYDOLPHI AVGVSTI ET ANTONII VLRICI (Spho praec.) iam allegata, illius autem apud MASCOVIVM *), qui iam satis probavit, illam sicuti haec, obtinere in patria dulcissima. Verum enim vero effectus communionis bonorum regularis est, vt coniux superstes, si nulli adsunt liberi, fiat heres ex asse, cum exclusione omnium adscendentium et collateralium, si autem liberi adsunt, hi succedunt in Ius defuncti omniaque eius iura nanciscuntur, ideoque cum his, si superstes eorum educationi bene praest, neque ad secunda vota transit, hancce C. B., in qua cum defuncto vixit, continuat. Quae principia non antiquae solum leges prouinciales iam antea prolatae, sed quoque paroemiae, *Längst Leib Längst Gut, der letzte thut die Thur zu,* probant. Ambae denotant C. B. inter coniuges. Quum enim per hancce C. B., quae est inter coniuges, bona vtriusque coniugis ita fiant communia, vt bona vxoris et mariti vnum bonum nominare possumus; haud difficile est intellectu, hancce paroemiam *Längst Leib, Längst Gut,* denotare: ad eum coniugem, qui diutius altero coniuge viueret, id per communionem vnum factum bonum pertinere cum omni lucro et damno cum exclusione omnium adscendentium et collateralium. Vocabulum enim, *Leib,* hoc loco nil aliud denotat, quam, *Leben,* et in antiquis

tiquis codicibus legitur *Live. Lyfe*. Huic perfecte respon-
 det sensus prouerbii: *Der letzte thut die Thur zu*, etenim
 hoc quoque nil aliud significat, quam quod morte
 vtriusque coniugis viuentis cesset omnis communio
 bonorum, vel potius ius omnia bona, quae defunctus su-
 perstiti per C. B. reliquit possidendi et vsufruendi, cesset,
 simulac superstes quoque e vita decedit. Ex quo autem
 sequitur, superstitem omnia bona, quae solummodo in com-
 munionem fuerunt, tam diu, ac vixit, possedit, et omnes
 ascendentes et collaterales, quid? quod in nonnullis pro-
 uinciis liberos ipsos a successione excluderet, et omnia bo-
 na, quae defunctus reliquerat, iure dominii sibi haberet,
 ita, vt liberi a superstite viuo nihil postulare poterant ex
 hereditate, qualem autem consuetudinem admodum durio-
 rem intuitu liberorum GEORGIVS Dux Saxoniae iam An.
 1610 XVIII. quae in ciuitate Misnensi obtinuit, abrogauit.
 Multis quoque in locis Anhaltinis consuetudinem obtinere,
 vt vxor superstes omnia bona cum exclusione liberorum
 accipiat, testificatur ordinatio Anhaltina **). Quod quum
 nouioribus temporibus admodum durum videretur, verus
 sensus huius prouerbii, vt infra monstrabimus, maxime
 est restrictus, ex qua autem restrictione postea reliquiae
 nostrae C. B. in prouinciis sunt ortae; nihilominus num-
 quam illud a maioribus nostris fuisset adoptatum; nisi
 quondam iis perfecta bonorum placuisset inter coniuges
 communio.

*) in prolusione paroemiae *Längst Leib, Längst Gut*,

***) tit. XXXV. vid. KNORRENS *rechtliche Anmerkungen*, cap. VIII.

MEMBRVM SECVNDVM.
DE RELIQVHS COMMVNIONIS BONORVM
IN TERRIS BRVNSVICENSIBVS ADHVC OBVIIS

§. XII.

Quonam tempore C. B. in patria sit fere abrogata.

QVAE quum ita sint, C. B. C. olim in terris Guelpherbytanis sine vlllo dubio obtinuit; non tamen negandum est, illam esse hodie penitus extinctam. Quaerenti mihi, quonam tempore id acciderit, opus est, nonnulla ex antecedentibus in animum reuocare Speculum Saxonicum, primam fuisse compilationem consuetudinum, quibus nostri maiores sunt vsi, iam dixi, quae comprehendebat praecipuis consuetudines Saxonicas, quamquam non minus aliorum populorum Germanicorum. Quum igitur hic liber exceptis nonnullis articulis reprobatu magno reciperetur plausu, hoc quoque in terris Guelpherbytanis factum est, et nullae aliae hucusque aderant normae, secundum quas in iudiciis iudicabatur. Temporibus autem Ducis Guelpherbytani Henrici Iunioris maxima inter hunc et Electorem Saxoniae orta est dissensio ex causis religionem spectantibus hocque effecit, vt Henricus omnia iura Saxonica ex suis iudiciis relegaret, quid? quod omne id, quod solummodo nomen Saxonicum ducebat, illi maximo esset odio. Quis igitur ex his non videt, speculo Saxonico auctoritatem quoque esse ademptam, omnibusque consuetudinibus, quae in illis comprehendebantur, licet non vsus Saxonici solum fuissent, sed aliorum quoque populorum Germanicorum, quid? quod ipsas consuetudines Guelpherbytanas, quando Saxonibus erant communes, seu eas speculum Saxonicum comprehendebat, hicce Henricus Iunior aboleuit, quod circa annum 1101. factum esse qui dubitet, fore esse

esse neminem. Huc spectat praefatio ordinationis iudicii aulici beati Ducis Brunsvicensis AVGVSTI, quando in illa legimus: *Als haben solches vnser in Gott ruhende hochlöbliche Verfahren an der Regierung dieses unsers Fürstenthums Brunsvyg Wolffenbuttelschen Theils Inen seer wohl und hochbrümblich zu Gemute gefuret, und dabero nicht allein sonderbare Constitutiones Ordnungen und Land-Tages Abscheide aufgerichtet und durch öffentlichen Druck publicirt, auch anstat der Saxen Gebräuche die algemeine kaysersliche Rechte in diesem unsern Fürstenthume eingefuret cet.* In hoc enim anno CIOIOLIX. prima constitutio de Iure Saxonico penitus tollendo in terris Gelpherbytanis ab Henrico publicata est *); ideoque persuasum habeo, hancce C. B. in hoc anno esse abrogatam. Quum autem nullum iudicium sine norma, secundum quam iudicat, esse possit, inde quoque factum est, quod iuri peregrino Romano auctoritas per Henrici ordinationem iudicii prouincialis de A. CIOIOLIX. tributa est **). Magis adhuc confirmant sententiam meam verba recessus prouincialis B. ducis Brunsvicensis Iulii *): *Danu das vyl Hochgedachten Fürsten Herzogen Heinrichen des lüngern, und der fürnemsten Landstände, so darzu gezogen worden auch zuförderst Kayf. Maj. eigentl. Meinung gewesen, daß man sich nicht allein in Proceß, sondern auch in Entscheidung der Sachen der gemeinen beschribenen Kayf. aber nicht der Sachsen Rechte, dann allein wosern in diesem Fürstenthum eine sonderliche Ordnung Statutum oder Gewohnheit dem Sachsenrechte gemäß vorhanden und zu beweisen, am fürstl. Brunsvygischen Hofgerichte gebräuchen solle cet.* Ex hisce igitur patet, C. B. C. antea vniuersalem pro parte solummodo esse seruatum, in quantum eam statuta Brunsvicensia approbarent.

*) GOTTFR. MASCOVII, notitia iuris et iudiciorum Brunsvico.

Lüneburgicorum P. I. cap. IIII. §. I. p. 59.



***) CHRIST. VLRIC. GRVPENII, *obseruat. obs.* II. p. 791. et
 Illustr. DE SELCHOV, *Anfangs-Gründe des Braunschweig-Lüneburg.*
Privat-Rechts, cap. 1. §. 5. p. 3.

*) de A. CIOIO LXXXVII. §. zum zwey und dreyssehten.

§. XIII.

*Communione bonorum in terris Brunsvicensibus abrogata
 esse monstratur ex libera disponendi facultate ibi
 coniugibus concessa.*

Ex his quidem clare constat, non potuisse communio-
 nem integram in terris Brunsvicensibus subsistere, sub-
 lato ejus fundamento, iure nimirum Germanico: nihilo
 tamen minus id aliunde probare possum. Quilibet intelli-
 get, nil magis communioni bonorum esse contrarium,
 quam testamenta. Per testamentum enim quis propria
 auctoritate disponit, quid post mortem suam de bo-
 nis, quae relinquit, fieri velit, quam libertatem autem
 non habet, si C. B. obtinet. Simulac enim C. B. inter con-
 iuges ponitur, ponitur quoque condominium vtrique coniugi
 in bona communia aequali ratione competens. Hocce autem
 condominium sibi inuicem coniuges tribuunt, vel ex pacto,
 vel ex lege. Si prius, quilibet coniugum habet ius ex
 pacto et a pacto iam secundum I. N. nemo, invito altero pa-
 cificente recedere potest. Si autem posterius, quilibet con-
 iugum habet ius ex lege, id postulandi, quod lex in fa-
 uorem ipsius ordinavit, et ab hacce lege iterum nullus in-
 uito altero recedere potest. Quomodo autem quaeso quis
 de suis bonis per vltimam voluntatem disponere adhuc pot-
 est, si alteri condominium tribuit, ex quo vtrique coniugi
 ius oritur prohibendi, ne vnus aliquid sine alterius con-
 iugis consensu nec inter viuos, nec mortis causa alienet,
 potius superstes coniux habet ius quaesitum, si alter prae-
 mor-

mortuus est, vi condomini in omnia bona communia succedendi cum exclusione omnium adscendentium et collateralium et interdum descendentium (§. VI.) et tunc omnia testamenta inuito superflite facta essent irrita, et communioni refragantur.

§. XIV.

Continuatur hoc argumentum.

Satis clare quileber ex his perspiciet communionem bonorum respuere testamenti factionem coniugum: in eo tamen haud adquiesco; sed, vt eo maiorem dictis fidem faciam, partim ad specula; partim ad id quod de portione statutaria valet, prouoco. Supra demonstrauius, specula communionem hanc adprobare; quis vero quaeso persuasum habet, illa simul coniugibus liberam testandi concedere facultatem? Nullo modo. Ipsa specula, Saxonicum et Sueuicum expressis prohibent verbis alienationem bonorum communium inuito vno coniuge. Sic enim Saxo *) scribit: *Ein Weib vermag auch ohne ihres Mannes Vrlaub nichts von ihrem Gute zu vergeben.* Eadem dicit speculum Sueuicum **) et in Bergeriana editione reperimus adhuc haec verba notatu digna: *Noch ein Mann ohne seines Weibes Willen ***).* Idem tandem argumentari me posse credo ex eo, quod portio statutaria nullo modo adimi queat coniugi ab altero testamento; siue alia vltima voluntate. Illud extra omne dubium positum est. Nemo aliud statuere potest, etsi summus vir FRID. ES. PVFENDORFIVS *) aliam sententiam fouere videatur. Loquitur solum de eo, quod quibusdam in prouinciis valet quumque testimonia in medium proferre vult, ex quibus illud ipsius ex sententia id constet, quaedam iura municipalia profert, quae tamen genuina iuris Germanici principia haud habent ac iuribus peregrinis maxime infecta sunt. Reliqui iureconsulti in eo potius



conueniunt, **) quod coniux coniugem nullo modo in testamento priuare queat portione itatutaria, nisi sponte illud agnoscere velit, quumque portio statutaria sola ex communione bonorum deriuanda est, ***) nouum accedit robur sententiae nostrae supra traditae, communionem hanc testamenti factionem coniugis prorsus excludere et vel minimum eam impedire; quo minus de communibus bonis quidquam disponatur in vltima voluntate.

*) Lib. I. arr. 45.

**) Cap. 38. cr. 46.

*) HENR. ARNOLD. LAIGII *Rechts- Lehre von der Gemeinschaft der Güter* cap. 7. §. 5. p. 169.

*) *obs. iur. vniuers.* tom. III. p. 349.

**) praeter COTHMANNIVM, STEINIVM ET NETTELBLADTIVM, quos PVENDORFFIVS inter aduersarios suos refert, breuitatis causa nomino SAM. STRYCKIVM *de successione ab intestato* diss. IV. Cap. III. §. 2. CHRIST. GOTHOFR. HOFFMANNVM *de Communionis bonor. coniugal. natura atque principis* §. 8. atque AVG. LEYSERVM *spec.* 425. med. 5.

**) HOFFMANNVS *loc. cit.*

§. XV.

Idem argumentum ad finem perducitur.

Si quis forsan mirabitur, quid sit, quod haecenus alienum in campum diuagatus sim ac quaestionem indagare studuerim, num locum habeat coniugis testamenti factio, vbi communitio bonorum obtineat: ille perspiciet, superuacaneum opus me haud suscepisse, si iam oculos conuertamus ad constitutionem, a principibus duae memoriae, RVDOLPHO AVGVSTO atque ANTON. VLTRICO anno superioris seculi LXXXIX. latam. Verba profecto memoratu digna in illa legimus: *So declariren wir demnach und constituiren mittels vnser landesfürstlichen Macht vnd Gewalt hiermit vnd Kraft dieses, daß wenn in hiesigen*

vb.

unsern Fürstenthume Braunschweig vnd Wolfenbittel es
 sey in welcher Stadt, Amt, Gerichte, Flecken vnd Dorffe,
 es wolle zwey Eheleute durch den zeitlichen Todt von ein-
 ander getrennet werden vnd der erst sterbende weder in
 ascendenti noch descendenti linea einige Erben noch ein zu-
 Recht bestaendiges Testament vnd letzten Willens Disposi-
 tion noch einige *parita dotalia* hinterliesse, ader sonst durch
 andere In Recht bestaendige *actus inter viuos* von den sei-
 zenen disponiret, alsdenn der lezt lebende Ehegatte, er sey
 Mann ader Fraue den andern Verstorbenen ohne Ieman-
 des Hinderung -- vellig erben. *Recentiori tempore fan-
 ctio haec renouata est, indulgentissimi patris patriae lege,
 ann CIOOCCLIII. lata: nonne vero per id commu-
 nio bonorum sublata est, quum legislatores hi sapientissi-
 mi coniugibus liberrimam facultatem, testamenta condendi
 concederent? Sponte sua id ex ante traditis ita sequitur, vt
 nulla prorsus fere egeat disputatione.*

§. XVI.

*Neque minus abrogatio C. B. in Patria ex receptione
 illatorum superstiti coniugi permessa probatur.*

Neque vero in eo persisto: sed nouum profero ar-
 gumentum, ex quo eluceat, abrogatam esse in dulcissima
 patria bonorum communionem. Peto illud ex HENRICI
 IVLII priuilegiis, statutis et ordinationibus Vrbs Hen-
 ricianae *). Notatu sunt iam digna, vti negari nequit,
 priora huius sanctionis verba: *Auch wenn dieselbe (scil.
 Ebestiftung) nicht vnd kein Testament vorhanden, es mit
 des abgestorbenen hinterlassenen Witwen also gehalten wer-
 den, daß sie alles vnd iedes, was sie ihrem seligen Ehe-
 manne nicht praesumptiue, sondern beweislich ein vnd zu-
 gebracht, auch yr ex causa legatorum Erbfallē oder in
 andere in Rechten beständige Weise zugeboerig, samt ihrem
 in-*

*in stehender Ehe nach ziemlichen Dingen vnd Standes Ge-
 bur gezeugtem Schmuck vnd Zierath aus den Gütern ne-
 men voor sich behalten, vud dann mit ihres seeligen Man-
 nes Kindern von yr oder voriger Ehe Frauen geboren zu
 gleichem Theile erben moge.* In hacce igitur lege primo
 respicitur ad pacta dotalia, tunc ad testamentum, et his
 omnibus deficientibus superstiti coniugi cum liberis con-
 currenti portio quaedam assignatur. Sed cum C. B. in
 condominio consistat, quod vtrique coniugi in bonis al-
 terius coniugis competit, hocce condominium morte vni-
 us coniugis, tamquam societas inter duas personas cum
 pacto de se inuicem succedendo inita, finitur, et totum a
 defuncto patrimonium relictum iure dominii tanquam
 effectus condominii superstiti coniugi tribui debent.
 Quando autem liberi ex matrimonio adsunt, hi tanquam
 vnus sanguis praemortui parentis in huius locum suc-
 cedunt. Quo autem posito, hi liberi morte parentis con-
 dominium acquirunt, ideoque vel in condominio seu
 communiione cum superstite permanere et huic ex reue-
 rentia administrationem tradere debent, vel si coniux su-
 perstes ad diuisionem prouocat, vel educationi liberorum
 male praeest, vel ad secunda vota transit, totum patri-
 monium et praemortui et superstitis diuidendum est. Quum
 autem apud Germanos omnia matrimonia ex duabus
 semper personis constiterint, et inter has duas personas
 Communio bonorum et quod ea operatur condominium
 obtinuerit, sequitur, hocce patrimonium vniuersum in
 duas diuidendum esse partes, quorum vnam superstes alte-
 ram autem liberi accipiunt, qui personam defuncti reprae-
 sentant, et in eo viuunt. Ex his igitur patet, verba legis
 a me iam recitata contra omnia C. B. esse principia. Libens
 id largior; sed velim nolim, farear oportet, longe maius
 firmamentum nostrae sententiae oriri, quum superstiti quo-
 que sua illata et omnia propria et adhuc portionem filialem
 ex

ex defuncti propriis recipere permittunt. Continuat Legislator hisce verbis: *Hinwider aber pro rata eines Kindes Theils yres Eh-mannes Schilde abtragen beß'n, und ire eigene Kinder von deren Vaters Gutevn sy Kindes Theil genommen, von irer successio[n] so wenig als ire künfftig ehelich geborne Kinder ausschliessen, sonstn aber, wenn sie solches Kindes Theil nicht haben will, mit solchen Schulden, es sey dann, daß sy auf genugsame Erinnerung Senatus Consulti Velleiani sich dessen voor unfern Schuldheßsen und ganzen sitzenden Raad gänzlich begeben und also voor iren gelobet haben wird. gar nicht belegt*... Quando autem communio obtinet, omnia lucra, damna ideoque debita sunt communia, si solummodo vtriusque consensu vel tacito vel expresso sunt contracta. Obtinente enim C. B. nemo scit, quanam vtriusque coniugis bonorum substantia sit ob debitum obligata, aut in cuius vtilitatem aes alienum sit factum, cum omnia sint in communione. Quodsi igitur communio obtineret, etiam superstes coniux debita a praedefuncto, siue sit maritus, siue vxor, contracta ex suis bonis soluere deberet, sed secundum hancce legem, ab hoc onere vxor libera est, et solummodo tunc obligatur, si portionem filialem accepit, vel, SCro Velleiano publice renunciato, fideiussit. Sed quis est, qui non primo eius intuitu vider, haec omnia esse romana, quia primo in casu ob tacitum consensum ex aditione hereditatis collectum, et secundo in casu ob expressum consensum et renunciationem SCri Velleiani ad soluenda mariti debita sit obligata. Maioribus nostris tale beneficium mulieribus competens erat ignotum; Simpliciter obligabant superstitem, siue fuerit vxor siue maritus ad debita defuncti soluenda, nisi expressse in contrahendo debito contradixerit, et hoc propter communionem bonorum. Si enim vxor commune lucrum habere veller, etiam debita et omnia damna pro dimidia parte ferre debebat. Aequissimum certe institutum, quo fides reipublicae seruatur, multis dolis litibusque occa-

F sio



sio aufertur! Sed ne a proposito aberrem, ad alteram constitutionem iam (§. X.) allegatam me conuerto **) secundum quam superstes tunc demum heres est ex asse, si nulli adsunt descendentes, adscendentes, testamentum, aliaque dispositiones aut mortis causa aut inter vivos. Quae constitutio confirmata est per aliam Serenissimi patris patriae Constitutionem **) in qua adhuc additum est, vt, si liberi adsunt, superstes filialem portionem acciperet ex bonis defuncti, nulla collatione a superstite facta. Quae autem omnia contra principia C. B. regularis esse iam dixi (§. V. et §. antec.). Ex his igitur nunc certe inferre possum, quod in illis prouinciis, in quibus superstiti coniugi solummodo certa defuncti bonorum propriorum pars assignatur, in illis nulla C. B. regularis obtineat coniugalis.

*) de A. CIOECLXII. Tit. XVIII.

**) de XXVI. August. CIOECLXXXVIII.

**) de xxx. Decembr. CIOECCCLIII.

§. XVII.

Abrogatio communionis bonorum demonstratur ex hereditate defuncti coniugis eius adscendentibus ac descendantibus tributa.

Duobus augmentis C. B. coniugali contrariis ex constitutionibus nostrorum Serenissimorum Principum Brunsvicensium (§. antec.) prolatis, quae iam perspexerimus, tertium adhuc addere licebit. C. B. operatur condominium vtrique coniugi competens, quod vtrique coniugi vnam eandemque facultatem et ius aequale de bonis communibus disponendi tribuit, ita, vt vnus sine alterius consensu in eius

eius damnata nil disponere possit. Quae facultas autem restricta circa dispositionem bonorum communium finitur morte vnus coniugis, ita, vt superstes coniux acquirat plenariam et solidariam omnium bonorum communium dispositionem nullis relictis ex matrimonio liberis. Simulac autem liberi adsunt, hi acquirunt omnia iura et obligationes praedefuncti (§. antec.) ergo quoque acquirunt ius in bona communia, quod praedefuncto vt condomini competebat, quod superstes cum liberis vel continuare vel ad diuisionem prouocare potest. Quia autem condomini regulariter habent ius aequale in bona, nec condominium admittit, si societas finitur, inaequalem diuisionem nec inaequalem disponendi facultatem, sequitur, vt superstes omnia sua illata, si cum liberis tanquam successoribus in condominium praemortui parentis, diuidere vult, conferre teneatur. Omnia enim sua bona, posita communiore bonorum, coniux eam ob causam intulit, vt essent communia, ideoque alteri coniugi tribuit in ea condominium. Quae autem causa huncce effectum operatur, vt tandem diuisione instituenda, diuisio fiat aequalis, et superstes sua illata adhuc ex bonis defuncti propriis portionem accipiat filialem. Omnibus autem hisce argumentis constitutiones Serenissimorum principum Brunuicensium sunt contraria. Dicitur enim in statutis et priuilegijs vrbis Henricianae *). *Es mit des abgestorbenen hinterlassenen Witwe also gehalten werden, daß sie alles und redes, was sie ihrem seligen Ehemanne nicht praesumptiue sondern beweislich ein und zugebracht, auch ihr ex causa legatorum Erbfälle oder in andere in Rechten beständige Weise zugehörig, samt nem in stehender Ehe nach ziemlichen Dingen und Standes Gebur gezeugten Schmuck und Zierat aus den Gutern nemen, vor sich behalten, und dann mit ires seeligen Mannes Kindern von yr oder vorigen Ebefrauen geboren, zu gleichen Theile erben möge. Eadem ratione disponit constitutio no-*



stri Serenissimi Ducis **). Es soll demnach solchensfalls die Witwe bey der Theilung des Nachlasses ihres verstorbenen Ehemannes mit den Kindern, es seyn diese jümlich oder zum Teil ihre leibliche oder aber Stiefkinder, ihr Heyratgut, und was sie sonst beweistlich ein oder zugebracht, mit einzuwerffen und zu conferiren nicht schuldig, sondern vielmehr das alles, nebst dem, was ihr sonst eigentümlich an und zugehört, vorweg zu nehmen befugt seyn. Iam vidimus, coniugem superstitem vi condominium fieri dominum omnium bonorum quae in communiione fuerunt, si autem liberi adsunt, accipere solum dimidiam partem, quo autem in casu collatio a superstite fieri debet. Quum autem successu temporis hoc admodum durum videretur, vt liberi solummodo dimidiam partem omnium bonorum acciperent, cum plerumque vxor non tantum infert patrimonium quantum habet maritus, liberisque deficientibus omnes alios cognatos defuncti a successione excluderet, praecipueque iura peregrina nostra iura patria admodum restringerent, factum est in plurimis prouinciis, vt hocce condominium superstitis ad certam solummodo partem sit restrictum et ei pars ex statutis assignata. Quae pars, quae superstiti ex bonis communibus ex legis dispositione assignatur propter condominium, quod cum defuncto habuit, dicitur PORTIO STATVTARIA. Quia igitur superstes propter condominium, quod cum defuncto habuit, hanc accipit portionem, satis iam patet, superstitem omnia sua illata conferre teneri, si alias hancce portionem sibi acquirere velit. Hoc in iis prouinciis reperimus, vbi C. B. maxime viguit, vt in electoratu Saxoniae, vbi superstes ex omnibus bonis defuncti, de quibus libere disponere ideoque condominium concedere potuit, portionem accipit statutariam, immo vi constitutionis Saxoniae electoralis heredes defuncti, si superstes cum iis in communiione permansit, fructus et accessiones durante communiione superstiti

firi pro rata concedere obligantur, et superstes ea de re habet ius retentionis, quod IO. ADAM. BECKERUS **) docet. In omnibus autem hisce casibus superstes ad collationem obligatur, si enim vult quid acquirere ex condominio, quod ei defunctus tribuit, etiam iis heredibus, qui defunctum repraesentant vel actu vel ex dispositione legis, ex iis bonis, quae superstes ideo intulit, vt essent communia quidquam competere debet, ob condominium in his bonis defuncto concessum. Quum autem hisce omnibus argumentis iterum nostrae constitutiones iam antea prolatae sunt contrariae, recte mihi inferre videor, nullam amplius in patria obtinere communionem regularem, sed solum modo eius reliquias.

*) de A. CIOIOLXII. Tit. XVIII.

**) de xxx Decembr. A. CIOIOCLIV.

*) tract. de collat. bonor. Cap. II. §. 56. seq. p. 93.

§. XVIII.

His expositis, reliquiae commun. bonorum recensentur, atque inter eas portio statutaria refertur.

Quum nunc perspexerimus, nullam amplius in patria obtinere communionem bonorum inter Coniuges, ad eius reliquias, quas nihilominus nostris in legibus inuenimus, propius conuertimus atque eas partim in portione statutaria coniugibus competente, partim in communiione bonorum, quae, si cognatos saltem a latere iunctos defunctus relinquit, obrinet, deprehendimus. Quum enim in Grrmania semper praesumi debet, vxores condominium bonorum inter se habuisse, etiam superstes in omnia praemorientis bona regulariter succedere deberet.

F 3

Quod

Quod cum legislatoribus Germanis nonnullis, vti iam dixi, admodum durum intuitu liberorum videretur; superstitem coniugem ad certam solummodo portionem determinatam vocabant, quam ex defuncti bonorum substantia caperet, ita tamen, vt sua propria conferret illata. Hoc autem aliis legislatoribus Germanis iterum durius intuitu coniugis superstitis videbatur, quod talis superstes coniux, qui ex defuncti bonorum substantia solummodo portionem quandam acciperet, omnia sua illata conferre teneatur, ideoque, vti in dulci patria collatio superstiti est remissa, vti verba statutorum et privilegiorum vrbis Henricianae iam allegatorum id clare demonstrant. Sunt quidem, qui affirmant, hancce successione ex Iure civili ortam et solummodo in his aliisque Capitibus intuitu partis determinatae, quam superstes accipit, esse mutatam *) Sed si leges Romanas aliquid curatius consideramus, reperimus, olim plane nullam vxoris superstitis successione fuisse, sed a fisco eam nullis extantibus adscendentibus et collateralibus esse exclusam **) et successu temporis superstitem ex beneficio praetoris ad certam portionem esse vocatam. Sic enim dicitur *): *Praeterea si matrimonium sit absque dote, coniux autem locuples sit: superstes vero laboret inopia: succedat vna cum liberis communibus alteriusne matrimonii in quartam, si tres sunt vel pauciores. Quod si plures sint, in virilem portionem.* Hoc etiam in aliis legibus confirmatum est **). Sed in omnibus hisce legibus conditio addita est: si matrimonium sine dote, et superstes coniux laboret inopia et praemoriens locuples, alias nulla est coniugis superstitis successio in bona defuncti. Nostrae autem leges Brunsvicensis Clementissimae, nullam faciunt distinctionem inter coniugem inopem et diuem, haecce romana ignorant, simpliciter tribuunt superstiti Coniugi certam portionem, sit diues an inops, si cum descendentes an adscendentibus concurrat, sibi que portionem

nem statutariam habere vult *), quamquam collatio in patria deficiat. Ex his autem videmus nostras leges aperte sancitis Romanis esse contrarias, quae in stabilienda successione coniugum semper condominium pro obiecto habent, et ad id respiciunt.

*) B. *Illustr.* FRANCISCVS IACOBVS A CRAMM *observat. select. de different. Iur. communis et Brunsvico-Guelpherbyrani obs.* XI.

***) *IDEM loc. all.*

**) *Arth. Praeterea C. ande Vir et Vxor.*


**) *c. gr. Nov. 53. Cap. 6. et Nov. 117. Cap. 5.*

*) *BECK loc. cit. Cap. II. §. 61. nr. 3.*

§. XVIII.

Omnimoda et regularis C. B. quae obtinet in patria, si coniux superstes cum collateralibus concurrat non minus vestigium est communionis olim ubique inter coniuges obtinentis.

Sententiam meam magis adhuc confirmat id, quod C. B. tunc, quando superstes coniux cum collateralibus concurrat locus detur, si praemoriens nullos reliquit descendentes nec ascendentes. Omnes enim collaterales a superstite coniuge a successione in bona praemortui excluduntur ita, vt superstes sit vnicus heres omnium bonorum et dominium, quod habuit commune cum praemortuo nunc sibi solidarie acquirat. Documentum nullo clarius condominium, ad quod in LL. Brunsvicensibus respicitur! Sic enim sonant verba in constitutione *): *Als denn der letzt lebende Ehegatte, er sey Mann oder Fraue den andern verstorbenen ohne Iemandes Hinderung und mit Exclusion derer sich sonst anmeldender collateral Verwandten, sie seyn so nahe als sie wollen, völlig erben, folglich dem bisberigen alten Sprichworte*



*worte nach, der letzte die Thur zutbun, und deßfalls von
 jetzt gemeldten Collateral Verwandten allerdings ohnange-
 fochten bleiben und gelassen werden solle. Aliud est in Iure
 Romano sancitum, si I.L. antea allegatas consideramus,
 Quum enim in hisce legibus superstes coniux non propter
 condominium ad certam hereditatis praemortui partem vo-
 catur, sed solummodo eo in casu, si inopia laboret, sequi-
 tur, vt, si inops superstes coniux cum collateralibus con-
 currit, quoque solummodo certam portionem acquirat, vti
 Leges Romanae id clare dicunt. Quum igitur secundum
 constitutiones Brunsvicensis C. B. C. plenus tribuitur effe-
 ctus, si superstes coniux cum collateralibus praemortui con-
 currit, sequitur, vt quoque ea adesse debeant, quae ad C. B.
 regularem requiruntur. Sic igitur ante omnia coniuges,
 de quorum vnus successione sermo est, in matrimonio rite
 et legitime inito vixisse, opus est. Rite autem matrimo-
 nium inicitur, si secundum obseruantias et sollempnitates in
 prouincia vsitata celebratur, ideoque benedictio sacerdo-
 talis adesse debet. Quia communio bonorum solis ex ger-
 manicis legibus fit orta, mores autem germani ad consequen-
 da iura matrimonialia consensionem thalami requirunt;
 quoque haec adesse debet, si aliter coniux superstes ex ma-
 trimonio iura vult acquirere. Posita enim communione
 bonorum, ponenda quoque est consensio thalami. Huc
 enim respiciunt paroemiae germanicae: *Ist das Bette be-
 schritten, so ist das Recht erstritten Wenn die Decke uber
 den Kopf ist, so ist alles gemein, und beyde gleich reich***).
 Non omnis quidem C. B. a consensione thalami initium
 capit, sed hoc admodum variat secundum statuta, ad quae
 praesertim respiciendum est, quaeue fufius non ex-
 nam, quia acta IO. RVD. ENGAVII agerem **). Hoc
 certum atque expeditum est, vt ante consensionem tha-
 lami nulla cogitari possit C. B. inter coniuges. Vtrum-
 que*

que requiritur et benedictio sacerdotalis, et conscensio thalami, minime autem solus coitus forte furtim factus iura matrimonialia producit, quia est factum contra leges, ex quo nullus favorem acquirere potest. Simulac autem matrimonium per benedictionem sacerdotalem est coeptum et per conscensionem thalami consummatum et vnus coniugum e vita decedit, plenus adest effectus C. B. ita, vt superstes, qui cum collateralibus concurrat, has plane excludat, et omnium bonorum defuncti coniugis non solum usufructum, sed dominium illimitatum et plenarium acquirat, ita, vt de iis pro lubitu disponere possit et inter viuos et mortis causa. Sic enim verba clementissimae Constitutionis *) sonant. *Sodann der uberlebende, dem bekannten Sprichworte nach die Thur zugethan, und sich des Abgelebten sämtlichen Nachlasses - - eigenthümlich angenommen.* Quum autem hocce ius superstitis coniugis ex condominio oriatur, quod defunctus ei tribuit, sequitur porro, vt haecce successio de iis tantum bonis sit intelligenda, de quibus defunctus libere disponere et condominium alteri tribuere poterat. Sic bona feudalia ordinarie talis sunt conditionis, vt possessor de iis pro lubitu haud disponere et dominium eorum substantiae, bene autem fructuum personae extraneae, quae nec beneficio primi acquirentis, nec suo facto, per simultaneam inuestituram ius in ea succedendi acquisiuit, tribuere haud possit **). Nullo enim successori ab vltimo possessore, qui non est primus acquirens, regulariter per factum suum ius quaesitum adimi potest. Ab his autem feuda extraordinaria sunt excepta, qualia sunt 1) feuda noua ad instar patrimonialium redacta, 11) Feuda mere hereditaria 111) Feuda mixtim quoad dispositionem mortis causa hereditaria. Quum enim bona feudalia prioris generis acquirens ea acquisiuit conditione, vt de iis, tanquam de allodio suo disponere possit, et feuda secundi generis na-

G

turam

turam habeant allodialium et quoad dispositionem inter vivos et mortis causa, tertii autem generis feuda intuitu dispositionis mortis causa naturam allodialium imitentur; nullum quoque est dubium, quin maritus vxori successionem in ea promittere et morte mariti superstes coniux ea acquirere possit, tanquam alia allodia in quae vi condominiumi succedit. Eadem ratione superstes vxor in ea feuda quoque succedere potest ordinaria, si per pactum inuestiturae possessori est permissum, feudum in quoscunque heredes etiam extraneos, qualis est vxor, transferendi **). Quum itaque coniux superstes solummodo in ea bona ex communione succedere potest, de quibus defuncto libera competeat facultas disponendi, facile est intellectu, cur fideicomissa familiae huc referri non possint. Haec enim fiduciarius heres ea lege acquisiuit, vt personis ex sua familia descendentes restituat; vxor autem non est ex familia fideicommittentis, ergo illi in haec condominium tribuere non poterat, indeque superstes in illa succedere non potest. Communio bonorum vniuersalis condominium in omnia coniugum bona, quaeque sint, operatur, et cuilibet fiduciario ex legis beneficio quartam ex fideicommissio deducere licet, quam pleno iure sibi acquirit, et de qua plenarie disponere potest; etiam superstes coniux ex tali fideicommissio quartam vi condominiumi, quod illi in omnia praedefuncti bona competit deducit **). Quando igitur matrimonium rite et legitime initum morte dirimitur vnus coniugis et nulli liberi ex hocce matrimonio sunt relictii, praedefunctus quoque nullos habet adscendentes, superstes coniux in omnia bona defuncti de quibus praedefunctus libere disponere potuit, succedit, in quonam patriae loco sunt sita, vti id Serenissimus Dux CAROLVS declarat *). *Folglich der Hinterblibene in allen solchen Gütern, wenn gleich an den Orten Unserer Lande*

Lande, wo sie belegen sind, sonst ein anderes Ius succedendi üblich ist, nach Missgebung vorgedachter Verordnungen, zur Succession zugelassen. et pleno dominio illa sibi vindicat cum exclusione omnium collateralium.

*) d. XXV. Aug. CIOIOCLXXXVIII.

**) IO. RVD. ENGAU, de bouorum inter coniuges Sueuos speciatim inter Memmingenses communiōe, §. VII. Ienae, CIOIOCCLI.

*) in loc. ak.

*) de XXVI. Aug. CIOIOCLXXXVIII.

**) BECK, l. all. cap. II. §. 57. p. 94. et ROSENTHAL, de feud. cap. 7. conclus. 17.

*) BECK, l. all. §. 57. nr. 7. et nr. seqq. plures adhuc casus profert, in quibus superstes mulier in feuda succedere potest.

*) STRYCK, de success. ab intestato, Diss. IIII, cap. 3. §. 27.

*) Serenissimi fernere Declaration die Erbfolge der Ebegarsen nach Heinrichstädtischen Statuten betreffend, de daro Braunschweig, d. 18. Septembr. CIOIOCCLI.





CONSULTISSIMO ATQVE AMPLISSIMO

VIRO

FRIDER. ANTONIO ROSENTHALIO

HER. DVC. BRVNSVIC. CAMERAE CONSULENTI CIVITATISQVE
BLANCOBURGENSIS CONSULI


S. D. P.

CAROLVS FRIDERICVS WALCHIVS.

OPTIMVS filius TVVS, VIR CONSULTISSIME, in studio, quod
nostra in academia est ingressus, ad metam peruenit, redi-
cumque, quinquennio illo Iustiniano fere absoluto, patrios
ad lares meditatur; luculentius autem solidam legum scien-
tiam, quam sibi comparauit, testatam facere haud po-
tuisse;

tuisset; quam isto libello eleganti, liberalisque doctrinae pleno, quem iure meritoque ipsi solum tribuere debes. Siue disputandi argumentum, quod sibi elegit, eiusue utilitatem; siue solidam, illud tractandi, rationem respiciam, non possum; quin acumen ingenii quod ubique elucet, aequae ac singularem eius eruditionem admirer, ac mente iam laetus praevideo commoda, quae aliquando ad rempublicam ipsius ex laboribus sunt redundatura. Eo libentius, quid de illo tuo suavissimo filio, qui semper TIBI, ut bene scis, cordi fuit, sit expectandum, auguror, ubi simul laudabilem illum ardorem, quo praelectiones meas frequentavit disputandique arte sese exercuit, animo reputo, eandemque ob causam tanto maiori iure TIBI gratulor. Servet TIBI illum immortalis deus per longam annorum feriem saluum atque incolumem, ut aliquando in illo habeas oblectamentum

ac



ac solatium senectutis omniaque, quae suscipiet, ex animi
sententia succedere iubeat; TIBI VERO, VIR CONSULTISSIME,
omnia largiatur, quae vitam beatam fortunatamque reddere
queant, TVAMQVE domum florentissimam sartam tectamque
iubeat. Vale, meque fauore, quo mihi nihil est carius,
prosequi perge. Ienae d. VIII. Nou. CIOCCCLXXII.



Jena, Diss.; 1772-74



5b.





1722, 9 10
3/54

DISSERTATIO IVRIS GERMANICI
DE
RELIQVIIS
COMMVNIONIS BONORVM
INTER CONIVGES BRVNSVICENSES

QVAM
PRAESIDE
CAR. FRIDERICO WALCHIO

I. V. D. AC PANDECT. PROF. PVBL. ORDINAR. SERENISS. DVC. GO-
THAN. ET ALTENBURG. CONSILIAR. AVLIC. CVR. PROV. SAXON.
COMMVN. SCABINOR. COLLEGII AC IVRE-CONS. ORDIN. ADSESS. SO-
CIIETAT. LAT. IENENS. EPHORO ALIARVMQVE SOCIETATVM
LITTERARIAR. COLLEGA

D. VIII. NOVEMBR. CIOIOCCCLXXII.
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVATIONI
SVBMITTIT

AVCTOR
FRIDERICVS AVGVSTVS ROSENTHAL
BRVNSVICO-BLANCKENBVRGENSIS
I. C. ET SOC. LAT. IENENS. MEMBR. ORD.

IENAE
LITTERIS STRAVSSIANIS.

